



Adversaria ad Apollonii Rhodii Argonautica

<https://hdl.handle.net/1874/276945>

A. qu. 192, 1922

**ADVERSARIA AD APOLLONII
RHODII ARGONAUTICA**

ONNO DAMSTÉ

Diss.
Utrecht

1922

ADVERSARIA AD APOLLONII RHODII ARGONAUTICA.

Diss. Utrecht 1922

ADVERSARIA AD APOLLONII
RHODII ARGONAUTICA.

Specimen litterarium inaugurale

QUOD

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

J. A. C. VAN LEEUWEN,

theol. doct. et in theol. fac. prof. ord.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

et

NOBILISSIMAE FACULTATIS LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE DECRETO

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA
HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS
FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

ONNO DAMSTÉ

LUGDUNENSIS BATAVUS,

DIE XXVII M. IANUARIII A. MCMXXII HORA IV.

ROTTERDAM

ELECTRISCHE HANDELSDRUKKERIJ „DE GIDS”
MCMXXII.



Hoc libello ad finem perducto facere non possum, quin paucis verbis eos viros commemorem, qui studiis meis academicis iam peractis adfuerunt.

Quod hanc dissertationem tuis auspiciis conscribere mihi licuit, clarissime VOLLGRAFF, promotor aestumatissime, maximo mihi gaudio fuit. Exquisitam tuam doctrinam magnamque erga me benevolentiam, quas semper mihi praesto esse identidem sentiebam, grato animo me recordaturum esse persuasum velim tibi habeas.

Quid tibi debeam, pater optime, hoc loco exprimere non possum. Discipulum tuum esse quantum sit, et alii cognoverunt; equidem si quid in hac vita assecuturus sum, tibi id deberi semper agnoscam. Magnum sane vitae praesidium ille habet, cui in iuventute pater ante oculos fuit, qualis tu mihi fuisti.

Pro institutione docta nec non pro humanitate, quibus frui mihi licuit, clarissime BOLKESTEIN, ex animi sententia tibi gratias ago.

Neque vestri, viri clarissimi HARTMAN, VÜRTHELM, VAN GELDER (†), HESSELING, BOLLAND, HOLWERDA pater et filii, VAN HOORN immemor sum. Eruditionis vestrae, qua me imbuiistis, memoria viva mihi est et manebit.

PROOEMIUM.

Apollonius Rhodius iis scriptoribus adnumerandus est, quorum obscuritas — nam in vulgus paene ignoti sunt — immerita vel adeo inexplicabilis videtur. Nomen eius pauci, perpauci carmen cognoverunt, quique legerunt, maiorem partem non tamquam poetae, sed tamquam mythologiarum scriptori Apollonio operam dederunt.

Est inter viros doctos in Apollonio aestimando mira sententiarum diversitas, sed quam Naberus ¹⁾ in medium contulit, satis multorum, ne dicam plurimorum sententia est. Qui cum ad Argonautica emendanda animum applicavisset atque fructus ingenii sui acerrimi uberrimique effundere coepisset, facere non potuit quin inter scribendum fremeret: „Ipse mihi ridiculus interdum videor, dum tantum operae insumo, ut mediocre carmen primum cognoscam, deinde perpolire suscipiam.”

Quid autem summo viro tantopere displicuit? Quod poeta de Amyco canit II 32:

*ὁ δ' ἔρεμνὴν διπτύχα λώπην
ἀντιῆσιν περόνησι καλαύροπά τε τρηχεῖαν
κάββαλε, τὴν φορέεσκεν.*

Quibus perlectis exclamat: „Quod poeta praepositionem *σύν* omisit, non improbandum et sic saepe amat dicere;

1) S. A. NABER, Ad Apoll. Rhod. in *Mnemosynes* Vol. XXXIV (1906), pg. 1—39.

exempla si requires, invenies I 502, 801, 832; II 611, 749, 988; III 96, 373, alibi fortasse. Sed quam est praepostere dictum pugilem *simul cum fibulis* exuisse vestem, quasi nudo corpori potuissent adhaerescere."

Num istud iudicium iustum videtur aequumque? Primum nego praepositionem *σύν* insolite omissam esse, quia *ἀντιῆσιν περόνησι* ex illis locutionibus (*ἀντοῖς ἀνδράσιν, ἀνταῖς νασίν*) est, quibus quivis Graecorum poeta atque scriptor uti numquam veritus est. Deinde vero quasi curta sententia poetam ablegavit neque sedulo operam dedit, ut eius mentem assequeretur, quam satis perspicuam esse contendo. Quis est qui non videat Apollonium Amyci festinationem praecipitem egregie pinxisse eo, quod regem vestem exuisse ac deiecisse dixit *ἀντιῆσι περόνησι*, h. e. ipsis fibulis etiam tunc impositis neque ante solutis demptisque.

Iam alterum locum videamus: Aetes se non Cereris semina terrae tradere dicit III 414:

ἀλλ' ὄφιός δεινοῖο μεταλήσκοντας ὀδόντας
ἀνδράσι τευχῆσι δέμας.

Hic rursus Graecitatem violatam Naberus affirmat, poetam enim mirabiliter peccare, quod *δέμας* cum dativo casu coniunxerit. At non perspexit vocabulum hoc loco non adverbialiter positum esse, ut significet „instar”, sed verba *ἀνδράσι τευχῆσι δέμας* apposita esse voci *ὀδόντας* et intellegenda esse: qui viris armatis vitam corpusque darent. Cf. 498:

δώσειν δ' ἔξ ὄφιος γενύων σπύρον, ὅς δ' ἀντήσιν
γηγενέας χαλκείοις σὺν τεύχεσιν.

Eadem notio vocabulo inest vs. 847, 1043, 1204, 1282 eiusdem libri.

Istae interpretationes, quas exempli causa posui, Naberi de Apollonio iudicium, quod multorum est, plane declarant: Graecitas violata, formae barbarae, elisiones neglectae, vitia alia evidentia prohibuerunt, quominus miras carminis pulchri-

tudines persentirent. „Dum imitando conatur exprimere epicam dialectum, suam prodit inscitiam et *merito contemnitur*.” Sed satis de his, quas stultas viroque docto indignas ineptias dicere non dubito. Iam aliam, Mahaffii¹⁾ dico, vocem audiamus: „Apollonius, indeed, deserves more than a passing notice.” Poeta est dignissimus, qui diligentius cognoscatur atque sententia adversa, quam posterior aetas de eo pronuntiavit, incuria negligentiaque magis quam censura aequa subtilique nititur. Ita Mahaffium de Apollonio iudicium verissimum tulisse censeo. Nemo meherele negabit Apollonium gloriae suae apud posteros melius consulturum fuisse, si suo sermone uti voluisset neque artem suam ostentare studuisset in re, quam non omnibus numeris callebat; verum tamen lingua eius quasi arte fabricata impedimento esse non debet, quominus sine ira et studio de eo iudicemus. Quod qui fecerit, mox agnoscet sub grammatico verum poetam latere.

Mahaffius cum de libris prioribus agit, sermonem simplicem ac parum ornatum esse observavit, tamquam id praecipuum poetae esset consilium, ut doctrinam geographicam et mythologicam legentes doceret, non ingenio suo oblectaret.

Profecto negari non potest Apollonium in secundo praesertim libro itinerarium potius quam poema conscribere voluisse videri. Quae materies eiusque tractatio atque expositio mirum in modum libro tertio contrariae sunt, ubi Medae amores canuntur ita, ut grande aliquod exemplar quod frustra quaesiverunt, poetae ante oculos fuisse multi suspicati sint. Is autem liber luculenter demonstrat Apollonium verum poetam fuisse, inventionis et expositionis minime expertem, id quod nemo addubitet, qui sciat Vergilium in nulla non Aeneidis pagina ei multum debere, Varronem Atacinum Argonautica eius Latine vertisse, Valerium Flaccum

1) *Rev. J. P. Mahaffy, M. A., Greek Classical Literature, London, 1889. Vol. I, p. 147—152.*

multis locis esse secutum. Quae cum ita sint, quae causa fuisse putanda est, propter quam in ceteris libris Baedekeri alterius partes agere maluerit quam poetico ingenio, quo praeditus erat, ibi quoque indulgere? Quae mihi de hac re opinio in mentem venerit, paucis iam exponere liceat.

Alexandrini poetae ante omnia docti erant, quippe quibus ipsa carmina levioris, doctrina maximi momenti esset. Apollonius vero poeta neque solum doctus fuisse e tertio libro cognoscitur, sed eius generis carmen ab aetate sua alienum esse neque ei applaudi posse ipse vidit; quare aequalium sensui ac iudicio obsequi studuit, cum ceteros carminis libros observationibus doctis compleret.

Ceterum quicquid id est, Argonautica inter epica Graecorum carmina, quae tempus tulerunt, opus est multis de causis cognitu dignissimum.

Primo opus est unum solidumque, quoniam Argonautarum expeditio ab initio usque ad finem deducta nobis proponitur; deinde illis veterum membranarum amantibus in eo non licet quemvis librariorum errorem his verbis defendere: poetam locum retractaturum vel emendaturum fuisse, si diutius vixisset, quandoquidem superstes editio altera¹⁾ est, ab ipso curata, atque e priore etiam a scholiastis versus complures afferuntur; tertio poeta in linguam dictionemque epicam tam penitus se insinuaverat, ut cum stupore subinde rogemus, qui fieri poterit, ut adiectiva pronominalia, quorum notiones prorsus ignorasse videtur, tam mirum in modum permiscuerit et ab epicae dictionis usu totiens abhorreat.

Quare autem praecipue Argonautica studio nostro digna mihi videantur, iam antea paucis indicavi: quod Vergilio plus quam exemplar fuerunt. Contextus ille, qui inter Apol-

1) MERKELIUM tertiam esse nostram recensionem affirmantem (Proleg. Cp. III) refutavit LINDE (De diversis recensionibus Apoll. Rhod. Arg. Diss. Göttingen 1885).

lonium Vergiliumque intervenit, pluribus verbis mihi tractandus est, quippe qui a philologis probatus sit¹⁾, sed ab historia litteraria parum agnoscat.

Memoratu digna sunt, quae Murraius²⁾ de Apollonio Vergilii praecursore pronuntiavit: „Apollonius attempted an epic „in the old style, long, rather ambitious, absolutely simple „in construction, and unepigrammatic in language. That was „the kind of poetry he liked, and he meant to write it „himself. The Argonautica failed in Alexandria, and Apollonius left the country for Rhodes, where he worked up a „second version of his poem. He had a small band of admirers in his lifetime; but taste in general followed Callimachus in favour of the brief and brilliant style. Even Catullus and Propertius were Callimacheans. It was for Vergil to conquer the world with a poem in Apollonius's spirit, with much of its structure and language borrowed line by line from him. Of course Vergil had in a sense a 'call' to write the national epic of his country, whereas no one had called upon Apollonius to celebrate the Argonauts; and this in itself gives Vergil a superior interest. But the Medea and Iason of the Argonautica are at once more natural than their copies, the Dido and Aeneas of the Aeneid. The wild love of the witch-maiden sits curiously on the queen and organiser of industrial Carthago; and the two qualities which form an essential part of Iason — the weakness which makes him a traitor, and the deliberate gentleness which contrasts him with Medea — seem in-

1) De contextu illo scripserunt: H. DE LA VILLE DE MIRMONT (Apollonius de Rhodes et Virgile, 1894), CONRARDY (De Vergilio Apollonii Rhodii imitatore, Diss. Freiburg 1904), F. RÜTTEN (De Vergilii studiis Apollonianis, Diss. Münster 1912). Quorum librorum quemquam inspicere mihi quaerenti non contigit.

2) GILBERT MURRAY, M. A. A History of ancient Greek Literature. London, 1917, pg. 381 sq.

„congruous in the father of Rome Apollonius is, of
 „course, subject to the vices of his age. He has long, picture-
 „like descriptions, he has a tiresome amount of pseudo-
 „Homeric language, he has passages about the toilette of
 „Aphrodite and the archery of Eros, which might have been
 „written by Ovid or Cowley. But there is a genuine origi-
 „nality and power of personal observation and feeling in
 „him; witness the similes about the Oriental child-wife whose
 „husband is killed, the wool-worker bending over the fire
 „for light as she labours before sunrise, the wild thoughts
 „that toss in Medea's heart like the reflected light dancing
 „from troubled water, the weird reaping of the Earth-children
 „in the fire of sunset—which force us to admit that in him
 „Greece found expression for things that had been mute
 „ever before. And for romantic love on the higher side he
 „is without a peer even in the age of Theocritus.”

Alia profecto atque Naberi haec opinio est eamque aesti-
 mationem latius atque latius proximis annis manare magno
 cum gaudio affirmo, multis et bonis Apollonii editionibus
 versionibusque testibus¹⁾, quae hisce triginta annis in lucem
 prodierunt. Quare operae pretium videtur Apollonium eiusque
 imitorem Vergilium componere atque Murraii iudicium ex-

1) Quarum hasce nominandas putavi:

Editiones: SEATON. Apoll. Rhodius. The Argonautica, with an
 English translation. Loeb Classical Library. London 1919.
 MOONEY. The Argonautica of Ap. Rhod., edited with
 introduction and commentary. Dublin 1912.

Versiones: H. DE LA VILLE DE MIRMONT. Ap. Rhod. traduit. Bordeaux
 1892.

A. S. WAY. The Tale of the Argonauts. London 1910.

COLERIDGE. The Argonautica of Ap. Rhod. translated
 into English prose. London 1889.

Samuelsson praeterea versionem Danicam oratione soluta a Chris-
 tensen-Schmidtio compositam (Kjøbenhavn 1897) memorat. Versionis
 Gallicae viri docti Gounoulhion nihil praeter nomen scio.

quisite examinare. Rectene Murraius Iasonem Medeamque Didoni et Aeneae anteponit?

Uterque poeta per prologum caelestem amoribus heroinae suae praeludit: Argon. III 6—166, Aen. I 657—694, ubi alterum poetam alterum non imitatum esse monere vix opus est. Quomodo in tali re dei neglegi a poeta epico potuissent? Praeterea materies ab altero altera ratione tractata est: Vergilius deos in coelo confabulari finxit, quod Homerus posteris tradiderat, Apollonius contra numina in terram depressit, ut nonnumquam idyllium pro carmine epico nos legere arbitremur.

Aeneidis autem libri quarti initio primum Didonem amore incensam videmus:

At regina, gravi iamdudum saucia cura,
Vulnus alit venis, et caeco carpitur igni.
Multa viri virtus animo multusque recursat
Gentis honos; haerent infixi pectore vultus
Verbaque, nec placidam membris dat cura quietem.

Plane aliter multoque melius ac elegantius virginem amantem pinxit Apollonius (III 453):

προπρὸ δ' ἄρ' ὀφθαλμῶν ἔτι οἱ ἰνδάλλετο πάντα,
αὐτὸς θ' οἶος ἔην, οἷοισί τε φάρεσιν ἔστο,
οἷά τ' ἔειπ', ὥς θ' ἔζει' ἐπὶ θρόνον, ὥς τε θύραζε
ἦμεν· οὐδέ τι ν' ἄλλον ὀίσσαιο πορφύρουσα
ἔμμεναι ἀνέρα τοῖον ἐν οὔρασι δ' ἀλὲν ὀρώρει
αὐδὴ τε μῦθοι τε μελίφρονες, οὓς ἀγόρευσεν.

Hunc locum Vergilio ante oculos fuisse eumque non feliciter exemplum secutum esse nemo negabit; neque quod addidit („gentis honos”), loci dulcedinem auget.

Narratio de Medeae amore breve episodium est, quod versu 616 demum continuatur. Insomnia, quae Medeam terrent (vide Aen. IV 9), describuntur:

(vs. 631)

ἐκ δ' ἐβόησαν
χωόμενοι τὴν δ' ὕπνος ἅμα κλαγγῇ μεθέηκεν.

παλλομένη δ' ἀνόρουσε φόβῳ, περὶ τ' ἀμφὶ τε τοίχους
 πάπτηνεν θαλάμοιο· μόλις δ' ἔσαγειρατο θυμὸν
 ὡς πάρος ἐν σιέροισι.

Amorem deinde modo exprobrat, modo queritur: quid
 faciat, nescit: tandem sororem adire eamque consciam facere
 decernit, sed pudore retenta in limine subsistit:

(vs. 648)

δὴν δὲ κατανιόθι μιμνεν ἐνὶ προδόμῳ θαλάμοιο,
 αἰδοῖ ἐργομένη· μετὰ δ' ἐτράπει' αὖτις ὀπίσσω
 στρεφθεῖσ'· ἐκ δὲ πάλιν κεν ἐνδοθεν, ἄψ τ' ἀλείωνεν
 εἶσω τηῦσι οἱ δὲ πόδες φέρον ἐνθα καὶ ἐνθα·
 ἦτοι ὅτ' ἰθύσειεν, ἔρυνκέ μιν ἐνδοθεν αἰδώς·
 αἰδοῖ δ' ἐργομένην θρασὺς ἕμερος ὀτρύνεσκεν.
 τρὶς μὲν ἐπειρήθη, τρὶς δ' ἔσχετο, τέτρατον αὖτις
 λέκτροισιν προηγῆς ἐνικάππεσεν εἰλιχθεῖσα.

Conferas licet Didonem, quae moriens (Aen. IV 690)

Ter sese attollens cubitoque innixa levavit;

Ter revoluta toro est.

Medeam desperationis plenam famula quaedam conspicit
 sororemque Chalciopem certiore facit. Tum Chalciopē, fili-
 orum periculum suspicata, id ipsum effatur, quod Medea
 cogitare non audet: (vs. 678) „ὄφελλέ με μήτε τοκήων

δῶμα τόδ' εἰσοράαν, μηδὲ πτόλιν, ἀλλ' ἐπὶ γαίης
 πείρασι ναιετάειν, ἵνα μηδέ περ ὄνομα Κόλχων.”

Aliquanto minus eleganter Anna Didoni statim suadet, ut
 „hospitio indulgeat”.

Neque tum vero Medea amorem confitetur, sed occasionem
 a sorore datam arripere festinat, ut Argonautis iuvandis
 Chalciopae quoque filiis prosit.

Quod Medea amorem reticet quodque pudor amoris illiciti
 consciam aliquam facere eam vetat, novum esse recte a

Sonnenburgio ¹⁾ observatum est. Nutrix quaedam feminis amore incensis adesse solet, qualem introducere aspernatus Apollonius animum femininum rectius se perspicere ostendit quam veteres tragoedi. Minus felix Vergilius fuit, qui post brevem expositionem (IV 1—5) Didonem statim sororem adeuntem faciat, ut eam de amore suo certiore faciat (9—29). Apollonium imitatus pro nutrice e vetere tragoedia sororem consciam introduxit. Nutricis partes autem a sorore actae minime delectant. Heinzius ²⁾ Annam cum Chalcio comparans oblivisci videtur a Vergilio sororem, ab Apollonio praesertim matrem descriptam esse.

Interest inter Argonautica et Aeneidem, quod Didonis amores finem capiunt. Qui finis non probabilis videtur: nonne Didonis culpa pleraque contracta sunt? Quamquam amor eius male evenit, tamen regina est et magis regie dolorem ferre oportuit. Maledicta, quibus Aeneam prosequitur, inepta sunt, quamvis excusationem habeant bellorum Punicorum praedictionem, quam poeta appetebat. Suspicio igitur me tenet etiam in isto loco conscribendo Vergilio ante oculos fuisse quae Medea in quarto Argonauticorum libro Iasoni obicit, cum de se consilia iniri Iasonis tacito consensu conspexerit. Medae verba sunt (IV 356):

*ἦε σε πάγχυ λαθιφροσόναις ἐνέηκαν
ἀγλαταί, ἰὼν δ' οὐτι μειταιρέπη, ὄσσ' ἀγόρευες
χρειοῖ ἐνισχόμενος; ποῦ τοι Διὸς Ἰκεσίοιο
ὄρκια, ποῦ δὲ μελιχραὶ ὑποσχεσίαι βεβάασιν;*

Didonis autem (IV 307):

Nec te noster amor, nec te data dextera quondam . . . tenet?

1) „Zur Würdigung des Apollonius Rhodius.“ Neue Jahrbücher 1913. pg. 713.

2) Vergils epische Technik pg. 126. Quare observandum putaverit: „Apollonius hält auch hier streng am epischen Stile fest“, non intellego.

Item conferre potes

Arg. IV 360:

ἧς ἐγὼ οὐ κατὰ κόσμον ἀναιδήτω ἰότητι
πάτρην τε κλέα τε μεγάρων αὐτούς τε τοκῆας
νοσφισάμην, τὰ μοι ἦεν ὑπέριστα·

et vs. 367: κατὰ δ' οὐλοὸν αἰσχος ἔχεν
θηλυτέροις. τῷ φημί τεῆ κόρη τε δάμαρ τε
αὐτοκασιγνήτη τε μεθ' Ἑλλάδα γαῖαν ἐπεσθαι.

Aen. IV 320:

Te propter Libycae gentes Nomadumque tyranni
Odere, infensi Tyrii; te propter eundem
Exstinctus pudor et, qua sola sidera adibam,
Fama prior.

et vs. 316:

Per connubia nostra, per inceptos hymenaeos,
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum, miserere domus labentis et istam,
Oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem.

Tum Arg. IV 381:

οὐ δέ κεν θυμηδέα νόστιον ἔλοιο;
μὴ τόγε παμβασιλεια Διὸς τελέσειεν ἀκοιτις,
ἢ ἐπικυδιάεις. μνήσαιο δὲ καὶ ποί' ἐμεῖο,
στρενωγόμενος καμάτοισι· δέρος δέ τοι ἴσον ὀνειροῖς
οἴχοι' εἰς ἔρεβος μεταμῶνιον. ἐκ δέ σε πάτρης
αὐτίκ' ἐμαί σ' ἐλάσειαν Ἐρινύες· οἶα καὶ αὐτὴ
σῆ πάθον ἀτροπία. τὰ μὲν οὐ θέμις ἀκράαντα
ἐν γαίῃ πεσέειν. μάλα γὰρ μέγαν ἤλιπες ὄρκον,
νηλεές· ἀλλ' οὐ θῆν μοι ἐπιλλίζοντες ὀπίσσω
δὴν ἔσσεσθ' εὐκῆλοι ἔκητι γε συνθεσιάων."

Dido autem (Aen. IV 381):

I, sequere Italiam ventis, pete regna per undas,
Spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,
Supplicia hausurum scopulis, et nomine Dido

Saepe vocaturum. Sequar atris ignibus absens,
 Et cum frigida mors anima seduxerit artus,
 Omnibus umbra locis adero; dabis, improbe, poenas.
 Audiam, et haec Manes veniet mihi fama sub imos."

Medea autem Iasonem sequi ausa multo maiora in discrimen commiserat quam Dido amori indulgens et solitudinis imagine Medeae quam Didonis magis horruisse animum verisimile est.

Diserte demonstrare volo Vergilium detrectare, ut Apollonium extollam, mihi non propositum esse. Immo, multa mirabilia habet Vergilius, quae in Apollonio nonnisi raro inveniuntur: inveniuntur tamen et quicumque Vergilium animi feminini gnarum spectatorem esse censet, sciat ille hunc honorem Apollonio quoque deberi. Quod ad Medeam Didonemque attinet, Murraio assentiendum videtur atque vera sunt, quae Croisetius ¹⁾ de Medeae amoribus agens protulit: „Là, il a pu déployer tout son talent, qui était considérable, et se montrer plus novateur, plus original, plus grand poète même qu'on ne le dit peut-être communément.... Par là, Apollonius a élargi, non brisé, le cadre de l'épopée.... Euripide lui-même n'avait fait que les premiers pas dans cette voie de l'analyse psychologique minutieuse de la passion."

Nunc autem de Aenea et Iasone videamus. Primo confitendum est me plerumque omnino non intellegere, quid Apollonius Iasonem describens sibi voluerit. Heros non est, saepius ne virum quidem se praestat. Expeditionis initio Hercules dux eligitur, cui neganti et Iasonem commendanti Argonautae assentiuntur. Nusquam autem regimine dignum se esse ostendit, omni malo desperatione se affici sinit, usque

1) CROISSET, Histoire de la littérature grecque, pg. 231.

" , Manuel de l'hist. d. l. litt. gr. pg. 664 sqq.

ad finem dubitatione vel inconstantia lectori stomachum, ne dicam taedium et indignationem movet. Quomodo fieri potuit, ut talem virum, tam placidum tamque parum divinum Apollonius dignum putaverit, qui in carmine heroico primas partes ageret? Huius aenigmatis nullam nisi hanc solutionem video: voluit Apollonius non heroem pingere, sed hominem, qui nil humani a se alienum putaret. Si res ita se habet, consilium minus prospere excogitatum est; nam eius modi *hominis* socii *heroes* vere epici sunt, qui mediocritatem eius mirum in modum insignem faciunt. Cum autem ad facinus supremum ventum est, velleris aurei raptum dico, femina primas partes agit et Iason eius instrumenti tantum vice fungitur. Valerius Flaccus Iasoni grandiores partes tribuens carmen suum multo iucundius reddidit. Gravis autem suspicio me tenet Apollonio in Iasone ita describendo consilium fuisse definitum, quod me adhuc latere confiteor.

Quidquid id est, Iason „is prone to exhibit a soft sentimentality, seen also in the character of Aeneas, which is largely modelled on that of Iason”¹⁾. Nemo profecto dubitat, quin Vergilius Iasone exemplo usus sit; sed quantopere Apollonium superavit! Iason ab Hercule regimen respiciente tamquam dux commendatur, Aeneas contra verus dux atque legitimus est, quod omni iure dignus est; etiamsi demissus abiectusque sit, dux semper manet quemque primo propter animi defectionem paene contempsimus, postea crescentem atque e cladibus emergentem videmus magis magisque muneris sublimis conscium. Frustra autem expectamus, ut Iason tandem crescat. Quare cum Murraio etiam in hac re Apollonium Vergilio praeferente stare non possum.

Sed etiam in singularum rerum narratione saepissime Vergilius Apollonio exempli vice usus esse mihi videtur neque

1) Mooney in editionis praefatione, pg. 37.

semper Apollonius inferior est. Pauca exempla afferre liceat:

Georg. I 324: ruit arduus aether
Et pluvia ingenti sata laeta boumque labores
Diluit.

Arg. IV 1282 ἤέ τιν' ὄμβρον
ἄσπειον, ὅσπερ βοῶν καὶ μύρια ἔκλυσεν ἔργα.

Aen. II 490:
Amplexaeque tenent postes atque oscula figunt.

Arg. IV 26:
κύσσε δ'έόν τε λέχος καὶ δικλίδας ἀμφοιέρωθεν σιαθμούς.

Aen. IV 168:
summoque ulularunt vertice Nymphae.

Arg. III 1218: αὶ δ'όλόλυξαν
νύμφαι.

Aen. IV 402:
Ac velut ingentem formicae farris acervum
Cum populant, hiemis memores, tectoque reponunt,
It nigrum campis agmen, praedamque per herbas
Convectant calle angusto etc.

Arg. IV 1452:
ὡς δ'όπότῃ στεινὴν περὶ χηραμὸν εἰλίσσονται
γυιομόροι μύρμηκες ὀμιλαδὸν κίλ.

Aen. IV 489:
Sistere aquam fluviiis et vertere sidera retro.

Arg. III 532:
καὶ ποταμούς ἴστησιν ἄφαρ κελαδεῖνὰ ῥέοντις,
ἄστρα τε καὶ μήνης ἱερῆς ἐπέδησε κελεύθους.

Aen. IV 604: Faces in castra tulissem,
Implessemque foros flammis.....
..... memet super ipsa dedissem.

Arg. IV 391 :

ἕτο δ' ἤγε

νῆα καταφλέξει, διὰ τ' ἔμπεδα πάντα κεάσσαι,
 ἐν δε πεσεῖν αὐτῇ μαλερῶ πυρί.

Aen. V 216: (columba) mox, aere lapsa quieto

Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas.

Arg. II 933 :

ἤυτε τις τε δι' ἠέρος ὑπόθι κίρκος
 ταρσὸν ἐφείλ πνοιῇ φέρεται ταχύς, οὐδὲ τινάσσει
 βιπήν, εὐκῆλοισιν ἐνευδιῶν πτερύγεσσιν.

Aen. VI 451 :

quam Troius heros

Ut primum iuxta stetit agnovitque per umbras
 Obscuram, qualem primo qui surgere mense
 Aut videt aut vidisse putat per nubila lunam.

Arg. IV 1477 :

ἀτὰρ τότε γ' Ἡρακλῆα

μοῦνον ἀπειρεσίης τηλοῦ χθονὸς εἶσατο Λυγκεὺς
 τῶς ἰδέειν, ὥς τις τε νέφ' ἐνὶ ἡματι μῆνην
 ἦ ἶδεν, ἦ ἐδόκησεν ἐπαχλύουσαν ἰδέσθαι.

Aen. VI 707 :

Ac veluti in pratis ubi apes aestate serena
 Floribus insidunt variis et candida circum
 Lilia funduntur, strepit omnis murmure campus.

Arg. I 879 :

ὥς δ' ὅτε λείρια καλὰ περιβρομέουσι μέλισσαι
 πέτρης ἐκχύμεναι σιμβληίδος, ἀμφὶ δὲ λειμῶν
 ἐρσήεις γάννυται, ταὶ δὲ γλυκὸν ἄλλοτε ἄλλον
 καρπὸν ἀμέργουσιν πεποτημέναι.

Aen. VII 699 :

Ceu quondam nivei liquida inter nubila cygni,
 Cum sese e pastu referunt et longa canoros
 Dant per colla modos; sonat amnis et Asia longe
 Pulsata palus,

Nec quisquam aeratas acies ex agmine tanto
 Misceri putet aeriam, sed gurgite ab alto
 Urgeri volucrum raucarum ad litora nubem.

Arg. IV 1300:

ἢ ὅτε καλὰ νάοντος ἐπ' ὄφροσι Πακτωλοῖο
 κύκνοι κινήσωσιν ἐὸν μέλος, ἀμφὶ δὲ λειμῶν
 ἐρσήεις βρέμεται ποταμοῖό τε καλὰ ῥέεθρα et

IV 238:

οὐδέ κε φαιῆς
 τόσσον νηίτην στόλον ἔμμεναι, ἀλλ' ὀλωνῶν
 ἰλαδὸν ἄσπειτον ἔθνος ἐπιβρομέειν πελάγεσσιν.

Aen. VIII 22:

Sicut aquae tremulum labris ubi lumen ahenis
 Sole repercussum aut radiantis imagine lunae,
 Omnia pervolitat late loca, iamque sub auras
 Erigitur, summique ferit laquearia tecti.

Arg. III 756:

ἡελίου ὡς τις τε δόμοις ἐνιπάλλεται αἴγλη
 ὕδατος ἔξανιοῦσα, τὸ δὴ νέον ἢ ἐλέβητι
 ἢ ἐπου ἐν γαυλῶ κέχεται· ἢ δ' ἐνθα καὶ ἐνθα
 ὠκεῖη στροφάλιγγι τινάσσεται αἰσσοῦσα.

Aen. VIII 408:

cum femina primum

Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva
 Impositum, cinerem et sopitos suscitatur ignes,
 Noctem addens operi, famulasque ad lumina longo
 Exercet penso, castum ut servare cubile
 Coniugis et possit parvos educere natos.

Arg. IV 1062:

ὄλον ὅτε κλωσιῆρα γυνὴ ταλαεργὸς ἐλίσσει
 ἐννουχίῃ· τῇ δ' ἀμφὶ κινύρεται ὄρφανὰ τέκνα
 χηροσύνη πόσιος· σιαλαίει δ' ὑπὸ δάκρυ παρειᾶς
 μνώομένης, οἷη μιν ἐπὶ σμυγερῇ λάβεν αἶσα·

Aen. XII 587:

Inclusas ut cum latebroso in pumice pastor
 Vestigavit apes, fumoquo implevit amaro,
 Illae intus trepidae rerum per cerea castra
 Discurrunt, magnisque acuunt stridoribus iras;
 Volvitur ater odor tectis; tum murmure caeco
 Intus saxa sonant; vacuas it fumus ad auras.

Arg. II 130:

ὡς δὲ μελισσᾶων σμήνος μέγα μηλοβοτῆρες
 ἢ μελισσοκόμοι πέτρῃ ἐνι καπνιώσῃν,
 αἱ δ' ἦτοι τείως μὲν ἀολλέες ᾧ ἐνὶ σιμβλῶ
 βομβηδὸν κλονέονται, ἐπιπρὸ δὲ λιγνυόεντι
 καπνῷ τυφόμεναι πέτρης ἐκὰς αἴσσουσιν

Qui plura vult, comparet:

<i>Verg.</i>	<i>Ap. Arg.</i>	<i>Verg.</i>	<i>Ap. Arg.</i>
Ecl. VI 31 sqq.	I 496 sqq.	Aen. VI 256	III 1216
Georg. III 151	I 1265 sqq.	" " 422	IV 150
" III 218	II 87 sq.	" VII 37	III 1
Aen. I 1—3	III 348 sq.	" " 518	IV 136
" " 498 sqq.	III 876 sqq.	" " 719	I 1202
" IV 30	III 804	" VIII 426	I 731
" " 65	III 931	" IX 433 sqq.	III 1397 sqq.
" " 143 sqq.	I 307 sqq.	" X 246 sqq.	II 599 sqq.
" " 412	IV 445	" XI 188	I 1059
" " 522	III 743	" XII 521	I 1027
" V 241 sq.	II 599 sqq.	" " 714 sqq.	II 88 sqq.
" " 429	II 78	" " 752 sqq.	II 278 sqq.
" " 595	IV 933		

Quod iam antea dixi, iterum profiteor consilium meum fuisse, ut Apollonio debitum honorem tribuerem, qui plerumque ei subducitur, non vero ut Vergilium utpote plagiarium perstringerem. Ex optimo quoque, quod scripsit, poetam aestimari oportet; Apollonium multa longa et molesta conscripsisse nemo profecto negabit, sed qui iis irritatus pulchra

quaeque perspicere iam non possit, ei consilium aequum abiudicandum est neque iudex tam iniquus omnino rebus pulchris dignus videtur.

Iam restat, ut de textu iisque qui textui constituendo operam dederunt, pauca dicam.

Codicem Laurentianum XXXII 9, saeculi XI ineuntis, et vetustissimum esse et longe optimum atque eius scripturam posthaberi nisi propter gravissima argumenta non debere inter viros doctos constat neque de reliquis magna est controversia. Sequitur codex Guelferbytanus saec. XIII, sed longo intervallo, quocum congruit Laurentianus alter XXXII 16, eiusdem saeculi. Qui restant libri omnes praeter unum Vaticanum CCLXXX saec. XIII, saeculorum XV aut XVI sunt.

Quoniam vel ex hisce libris deterioribus nonnumquam unus et alter veram lectionem servaverunt soli neque raro editores membranarum tenacissimi prae certissimis criticorum emendationibus lectiones codicis optimi repudiare coacti sunt, in Argonauticis recensendis dicti Bentleii „Nobis et ratio et res ipsa centum codicibus potiores sunt” saepe admonemur.

Quibus omnibus consideratis notulas qualescunque, quas in carmine legendo ac relegendo adscripseram, excutere et evulgare ausus sum, sperans fore ut emendatione probabili vel interpretatione vera necdum perspecta uni et alteri loco lucem afferre potuerim.

De editionibus, quibus usus sum, iudicium meum paucis complectar. Propter prolegomena, quae CXC paginas complent, et scholia e cod. Laur. plenissime ab H. Keilio adiecta merita editionis, quam R. Merkel Lipsiae anno 1854 edidit, tam eximia sunt, ut vix satis laudari possit. At vero in textu constituendo editor saepius inferior discessit. Quamquam a Laurentiani codicis scriptura nisi gravissimis de causis recedi non debere subinde monuit, ipse coniecturas suas poetae passim obtrudere non veritus est, quarum complurium in annotationibus meis mentio reperietur.

Deinde editio, qua R. C. Seaton anno 1915 Bibliothecam Oxoniensem auxit, memoranda est. Textus, quem Seatonius constituit, omni fide dignus est: coniecturas non recepit nisi certissimas, in re dubia vocabulum suspectum crucibus circumdare satius duxit. Eundem textum praeter paucissimas mutationes Seatonius editioni posteriori dedit (Loeb Classical Library, London 1919), quam Anglica versione instruxit.

Iucundissima est editio, quae anno 1912 cura Georgii W. Mooneii Dublinii prodiit. Quamquam tantum non ubique textum Seatonianum recepit, prolegomena, quibus nonnullae quaestiones Apolloniana tanguntur nec non egregius commentarius exegeticus omnibus Apollonii studiosis grata atque necessaria sunt.

Denique me non neglexisse commentationes, quibus viri docti Argonautica emendare studuerunt, affirmare vix opus est. Imprimis memoranda sunt, quae Arthur Platt de Apollonio observavit (Journal of Philology XXXIII No. 65, XXXIV No. 67, XXXV No. 69). Nostratum duo tantum, H. van Herwerden in Mnemosynes Vol. XI (1883) pg. 107—121 et S. A. Naber l.l. textui constituendo operam dederunt.

Ceterum notulae nonnullae ad scholia pertinentes observationibus meis intermixtae reperientur.

Fieri potest, ut nonnumquam non omnia, quae memoratu digna sunt, a viris doctis observata in hisce adnotationibus memorentur. Quare Mooneii verba mea facio qui pg. V praefationis suae legentes admonet hisce: „The literature on Apollonius is very scattered, and is in many cases quite unprocurable. I must, therefore, claim some indulgence for any failure to notice views which have been put forward.” Ut unum exemplum afferam: ex iis, quae de la Ville de Mirmont scripsit, nihil fere inspiciere mihi licuit.

AD APOLLONIUM RHODIUM ADVERSARIA CRITICA.

I. 5. *Τοίην γὰρ Πελίας φάτιν ἔκλυεν ὡς μιν ὀπίσσω
μοῖρα μένει στυγερή, τοῦδ' ἀνέρος, ὄντιν' ἴδοιτο
δημόθεν οἰοπέδιλον, ὑπ' ἐννεσίησι δαμῆναι.*

In scholiis sub lemmate φάτιν annotatum est: *ἐκ τοῦ δήμου Ἰωλκίων.* Haec verba pertinent ad vocabulum *δημόθεν*, quod legitur vs. 7.

I. 79. *Αἴσα γὰρ ἦεν
αὐτὸν δμῶς Μόψον τε δαίμονα μαντισυνάων
πλαγχθέντας Λιβύης ἐνὶ πειρασὶ δηωθῆναι.*

Ad verbum *δηωθῆναι* in scholiis observatur: *κοινότερον νῦν τὸ δηωθῆναι τὸ φθαρῆναι*, in quibus corrigendum est *τοῦ δηωθῆναι.*

Ubi sermo est de Hercule aprum Erymanthium secum trahente, haec leguntur:

I. 128. *τὸν μὲν ἐνὶ πρώτοισι Μυκηναίων ἀγορῆσιν
δεσμοῖς ἰλλόμενον μεγάλων ἀπεθήκατο νότιων.*

Haec est codicis Laurentiani, fortasse omnium praeter Guelferbytanum codicum scriptura; Merkel enim edit *πρώτησι . . . ἀγορῆσιν* et codicum L et F tantum lectionem *πρώτοισι* memorat. Sed idem iam observandum putavit ab O. Schneidero vocabulum *ἀγορῆσιν* in dubium esse vocatum, tum ex optimi codicis scriptura *πρώτοισι*, tum scholiastae de Mycenarum portis testimonio;

quo loco memorat ἄγορον secundum Hesychium fuisse πυλών. Verba autem in scholiis haec sunt: περι δὲ τοῦ κάπρου καὶ Ἡρόδωρος φησιν ὅτι ἐπὶ τὰς πύλας τῶν Μυκηνηῶν κομισὰς αὐτὸν ἀπέθειτο.

Hoc primum monere velim vocabulum ἄγορος pro ἀγορά apud Euripidem saepius usurpatum esse (Heracl. 412, El. 723, Andr. 1034); primo igitur aspectu haud improbableem videri potest veram lectionem esse: ἐνὶ πρώτοισι . . . ἀγόροισιν. „Videri” inquam, nam qui illam de Mycenarum portis annotationem scripsit, aliud verbum spectaverit prorsus necesse est: neque alibi neque Mycenis forum et portae eodem fere loco erant. Neutram igitur vocabuli formam nostro loco accomodatam esse opinor; res tamen non postulare videtur, ut pro ἀγορῆσιν synonymon vocabuli πύλαι substituamus, dummodo poetam idem fere affirmantem faciamus. Πρώτοισι non sollicitandum esse puto, sed restituendum:

τὸν μὲν ἐνὶ πρώτοισι Μυκηναίων μεγάροισιν.

Μέγαρον autem apud Apollonium pro domo est I 810, 909, II 304, 466, 759, 776, 1021, alibi. (De singulari numero vide Merkel ad III 158).

Quomodo Argonautae navem suam in mare deduxerint, poeta hisce verbis enarrat:

I 367. νῆα δ' ἐπικρατέως Ἄργον ὑποθημοσύνησιν
ἔξωσαν πάμπρωτον ἐνσιρεφεῖ ἐνδοθεν ὄπλῳ
τεινόμενοι ἐκάτερθεν, ἵν' εὖ ἀραροίαιτο γόμοις
δοῦρατα καὶ ῥοθλοιο βλήν ἔχοι ἀντιώσαν.

Vocabulum ἐνδοθεν corruptum esse Merkel Boeckhio assentitur, neque coniecturas suas ἐμπεδον vel ἐνδονκές aliud esse nisi meros conatus ipse confitetur.

Primo, cui verbo illud ἐνδοθεν coniungendum sit, videamus. Beck, Lehrs, de Mirmont, Mooney funem intus bene tortum sibi fingunt neque scire videntur exteriores potissimum funis

partes torquendas esse. Immo, ad *ἔξωσαν* pertinet, sed quid potest esse *ἔνδοθεν ζωννύναι*? Schauroth¹⁾ ingeniosum sibi instrumentum excogitavit, quod *intra* navem illigatum eius latera continebat. Ita *ὑποζώματα* navibus olim inserta fuisse sibi persuasit; quamvis acute multa ab eo exposita sint, ex re incerta initium ratiocinationis sumpsit itaque magna res eum praeteriit, quod verbi *ζωννύναι* significatio haud alia esse potest nisi „cingere”, „circumdare”. Neque umquam quicquam intus circumdari potest. Si in textu tradito *ἔξευξαν* legeretur, Schaurothii disputatio mihi probaretur. Nunc vero lectionem *ἔνδοθεν* tuendam esse non credo.

In editione Oxoniensi inter ea, quae viri docti proposuerunt, *ἔκτοθεν* invenimus. Haec Sanctamandi coniectura, a Merkelio neglecta, a Seatonio optimo iure ceteris praeposita est; magis etiam mihi probanda videtur, quam Naberi propositum *ἔνδοτον*.

Quod attinet ad Merkelii adnotationem: „Fuerunt, si memini, qui de hac cinctura interpretarentur Catull. 64, 174”, memoriam hic eum defecisse mihi persuasum est. Verba enim: „Utinam ne perfidus in Creta religasset navita funem” satis perspicua sunt neque *τοῦ ὑποζώματος* ulla fit mentio. Ceterum mirum non esse, quod Argonautae navigium suum fune cinxerunt, antequam in mare demitteretur, ut Nabero visum est, e Torrii libro²⁾ disci potest, qui, postquam cingendi morem in navibus longis olim acceptum fuisse docuit, haec addit (not. 102): „Apollonius indeed refers to *ὑποζώματα* on the Argo, which was hardly a war-ship; yet he is justified in treating her as such, since he takes her for a ship of fifty oars”³⁾.

1) „The *ὑποζώματα* of greek ships” in Harvard Studies in Classical Philology 1911 (XXII) pg. 173.

2) CECIL TORR. Ancient Ships. 1894. pg. 41 sq.

3) Wellauer in editione sua naves interdum succingi confessus mira audacia asseverat id non nisi in summo periculo, carina iam dissiliente ac disrupta fieri. Cuius sententia statim compluribus locis refutatur a Torrio laudatis.

Breusing 1) *ἐνδοθεν* cum *τεινόμενοι* coniungens et *ἐκάτερθεν* cum *ἔξωσαν* nemini adhuc persuasit neque, opinor, persuadebit.

Iam poeta exponere pergit, qua ratione navem plane armatam in mare deduxerint, fuse ac singillatim describit fossam ductam et phalangas collocatas, qua navis

373. *ἐλκομένη χειρῶσιν ἐπιδραμέσθαι ἐμελλεν,*
neque magnas haec explicatio difficultates praebet. Eo obscuriores sunt versus

378. *ὑψι δ' ἄρ' ἐνθα καὶ ἐνθα μεταστρέψαντες ἐρετμὰ
πήχχιον προύχοντα περὶ σκαλμοῖσιν ἔδησαν.*

Quae ista actio esset quidque sibi vellet, diu me frustra rogavi, priusquam verum invenisse mihi visus sum. De remigandi apparatu sermo esse non potest; vs. 392 demum eo consilio remos parare et transtra sortiri incipiunt. Cur igitur *remos converterunt* et quomodo fieri potuit, ut cubitum modo *unum* eminent? Erant enim magna longitudine, ut vs. 914 comprobatur:

κόπιον ὕδωρ δολιχῆσιν ἐπικρατέως ἐλάττησιν.

Locum ita interpretandum esse puto:

Viri cum fossa ducenda et phalangis disponendis adhuc in terra occupati fuissent, iam in ipsa nave (*ὑψι*) utrimque remos inversos scalmis religabant ita, ut ex navigii lateribus unum cubitum eminent.

Iam patet, quo consilio id fecerint: ita ab utraque parte navis ansas sibi efficiebant, quibus comprehensis mox utrimque incedentes ac trudentes in mare eam propulsarent. Remos autem converterunt, quoniam remi pars tenuissima (palmula) ad manubrii vice fungendum minime idonea esset.

Quae cum ita sint, Merkelium rerum cursum non assecutum esse manifestum est, qui explicationem vocis *πήχχιον* apud Etymologum commenticiam videri censuerit, cuius verba

1) BREUSING. Nautik der Alten. pg. 170. Cf. etiam eiusdem: Das Trierenrätsel pg. 26.

sunt (Et. Magn. 671. 8): *πήγχιον προῦχοντα, Ἀπολλώνιος. οἱ μὲν, μικρὸν ἱμαντίδιον οἱ δέ, τὸ ὀπισθεν μέρος τῆς κόπης,* quarum interpretationum alteram optimam esse videmus, siquidem *τὸ ὀπισθεν μέρος* capulum significare voluit.

Instrumentis ad navem protrudendam paratis

380. *Τῶν δ' ἐναμοιβαδῖς αὐτοὶ ἐνέστιαθεν ἀμφοτέρωθεν σιέρινα θ' ὁμοῦ καὶ χεῖρας ἐπήλασαν.*

Merkel affirmat *τῶν* ab *ἐναμοιβαδῖς* pendere, ut IV 199 et significare *ἐρετριμά*, non *σκαλμούς*. Sensisse igitur videtur eos alternis remis in propulsando usos esse, nam IV 199 legitur:

*ἀλλ' οἱ μὲν διὰ νηός, ἀμοιβαδῖς ἀνέρος ἀνήρ
ἐξόμενος πηδοῖσιν ἐρέσσετε κιλ.*

Id tamen verum esse nequit neque tali structura poeta usus esse credendus est, nam *ἐνθα καὶ ἐνθα* (vs. 378) haud dubie significat: „utrimque”, „ab utraque navis parte”, ut supra dixi. Immo, *ἐναμοιβαδῖς* prorsus idem vult, quod *ἀμφοτέρωθεν*. Si forte abundantiam mireris, conferas II 102:

*πρῶτός γε μὲν ἀνέρα Κάσιωρ
ἤλασ' ἐπεσσύμενον κεφαλῆς ὕπερ ἢ δ' ἐκάτιερθεν
ἐνθα καὶ ἐνθ' ὄμοισιν ἐπ' ἀμφοτέροις ἐκεάσθη.*

Pro *τῶν* autem in versus initio corrigendum esse puto: *τοῖς*, quod videlicet ab *ἐνέστιαθεν* pendeat: inter remorum manubria suum quisque locum ab utroque navis latere occupavit, itaque lectio *ἐνέστιαθεν* optime se habebit neque ullam causam esse apparet, cur Apollonium *ἐπέστιαθεν* scripsisse censeamus.

I. 519. *Αὐτὰρ δι' αἰγλήεσσα φαινοῖς ὄμμασιν Ἠὼς
Πηλίου αἰπεινὰς ἰδεν ἄκριας, ἐκ δ' ἀνέμοιο
εὐδίοι ἐκλύζοντο τινασσομένης ἄλδος ἄκραι,
ὄγ' ἰτί' ἀνέγρειο Τίφης.*

Poetam post *ἄκριας* continuo posuisse *ἄκραι* veri simile non est neque dubito quin emendandum sit: *ἀκραι*, cum

praesertim haec vocabula a librariis identidem confusa sint, ut II 354, 806, 994. Ceterum ἀκαί numero plurali legitur I 237, 588, 939, IV 336 et ὑπεύδιος ἀκίη est I 584.

I. 528. οἱ δ' ἀνὰ σέλματα βάντες ἐπισχερῶ ἀλλήλοισιν
ὡς ἐδάσαντο πάροιθεν ἐρεσσέμεν ᾧ ἐνὶ χώρῳ,
εὐκόσμως σφειτέροισι παρ' ἔντεσιν ἐδριώοντο.

Quamquam vix necesse videtur, paucis moneo annotationem, quae in scholiis legitur ad voc. ἔντεσιν illustrandum: νῦν ταῖς κόπαις, vitiosam esse. Melius edocemur ad vs. 544: εἰς κόσμον τῆς νεῶς εἰδώσιν ὄπλα περιιθέναι. Eadem vocis notio reperitur II 1220, IV 1124.

I. 955. κεῖσε καὶ εὐναίης ὀλίγον λίθον ἐκλόσαντες
Τίφνος ἐννεσίησιν ὑπὸ κρήνῃ ἐλίποντο,
κρήνῃ ὑπ' Ἀριακίῃ ἔτερον δ' ἔλλον, ὅσους ἀρήρει,
βριθὺν αἰὰρ κείνον γε θεοπροπίαις Ἐκάτοιο
Νηλεΐδαι μειόπισθεν Ἰάονες ἰδρύσαντο
ιερόν ἢ θέμις ἦεν, Ἰησονίης ἐν Ἀθήνης.

Rursus annotatio in scholiis allata a suo lemmate aberravit. Ad βριθὺν enim legitur: τὸν ὑπὸ τῶν ἡρώων καταλειφθέντα, quae explanatio manifesto ad κείνον, quod in eodem versu occurrit, pertinet.

I. 966. ἔνθ' οἷγ' Ἐκβασίῳ βομὸν θέσαν Ἀπόλλωνι
σιησάμενοι παρὰ θῖνα θυηπολῆς ἐμέλοντο.

Locum descripsi, qualis in codicibus mss. omnibus exaratus est. Editores vero lectionem Etym. Magn. (306, 33) εἰσάμενοι sive integram sive a Ruhnkenio in εἰσάμενοι mutatam recipere et Brunckio auctore τ' ante ἐμέλοντο inserere maluerunt. Mihi aliter loco consulendum esse videtur: nempe unum

vocabulum *θέσαν* corruptum habeo, pro quo si restitutum erit *μέγαν*, cetera omnia bene iam procedunt. Cf. II 522:

καὶ βωμὸν ποίησε μέγαν Διὸς Ἴκμαίιο.

I. 986.

ἐκ δ' ἄρα τοίγε

νῆα Χυτιῶ λιμένος προτέρου ἐξήλασαν ὄρμου.

Est haec scriptura in libris mss. omnibus fere tradita atque aperte corrupta. Etym. Magn. (816. 14) *Χυτιῶ λιμένι* exhibet. Merkel de suo edidit: *Χυτιὸν λιμένα*, quod etiam Seatonio, editori cautissimo, probavit atque profecto accusativi usus praepositione omissa ad locum, in quem cursus dirigitur, indicandum, apud Apollonium frequentissimus est. Fitch¹⁾ Merkelium secutus tres portus fuisse declarat: *Καλὸς λιμῆν* (vs. 954) primus Argo excepit; deinde rex in urbis portu ancoram demittere iis persuasit (965), e quo ad Chytum portum tendunt (987). Contra autem Hasluck²⁾ urbis portum eundem atque Chytum esse affirmat; quod Cyzicus igitur vs. 964 iis persuasit, id vs. 987 demum peragunt. Haec sunt veri multo similia; quae tandem causa fuisset, cur Argonautae nulla re coacti illum urbis portum relinquerent?

Induci igitur non potui, ut illam coniecturam veram esse crederem: unde tandem factum est, ut codices ad unum omnes genitivum praebeant? Mendum alibi latere suspicor idque in vocabulo *προτέρου* neque dubito, quin locus ita sanandus sit

ἐκ δ' ἄρα τοίγε

νῆα Χυτιῶ λιμένος προτέρωσ' ἐξήλασαν ὄρμου.

1) Amer. Journ. Philol. 1913, pg. 47.

2) HASLUCK. Cyzicus. Cambridge 1910, pg. 158. „The Argo first touched at the Western side of the island, where by the Artacian spring they left their anchor stone. Cyzicus and his folk welcomed them and bade them moor their ship in the harbour of the city, Chytus, where they built an altar and sacrificed to Apollo”.

Hyperbaton ἐκ . . . ὄρμον apud nostrum minime insolitum est (I 1109, II 224) et est ὄρμος idem, qui Καλὸς λιμὴν (vs. 954), ubi Argonautae primum ancoram iecerant, deinde vero Cyzicus cum suis (vs. 964)

σφεας εἰρεσίῃ πέπιθον προτέρωσε κίοντας
 ἄστεος ἐν λιμένι πρυμνήσια νηὸς ἀνάψαι,
 quorum monitis permoti in Chytum portum, qui oppido erat propior, migraverunt.

Cf. etiam vs. 306:

καὶ ὁ μὲν προτέρωσε δόμων ἐξῶρτο νεέσθαι.

II 393: νήσου δὲ προτέρωσε καὶ ἠπειροιο περραῖης
 φέρβονται Φίλυρες.

I 1241: ἰὼν προτέρωσε κελεύθου.

Mooney verum attigisse videtur, qui item προτέρου mutandum putet. Haec coniecit:

νηῖα Χυτιῶ λιμένος προτέρω ἐξήλασαν ὄρμον.

Etiam ὄρμον vocabulum intactum relinquendum satis me ostendisse spero.

Platt¹⁾ lectionem ἐν δ' ἄρα τοῖγε codicis Guelferbytani coniungit cum Χυτιῶ λιμένι, quod Et. Magn. praebet, sed molestam sententiam oriri ipse confitetur. Mihi potius ad levissimam mutationem confugiendum videtur, quam supra proposui.

Ventis adversis Argo ad insulam, quam modo reliquerat, rursus delata est neque Argonautae noctu agnoscunt se revertisse ad Doliones, viros sibi amicissimos.

I. 1021. οὐδέ τις αὐτὴν νήσον ἐπιφραδέως ἐνόησεν
 ἔμμεναι οὐδ' ὑπὸ νυκτὶ Δολιοῦς ἄψ ἀνιόντας
 ἤρωας νημεριτὲς ἐπήσαν ἀλλὰ πού ἀνδρῶν
 Μακρῖων εἶσαντο Πελασγικὸν ἄρα κέλευσιν.

Ad verbum ἐπήσαν haec in scholiis leguntur: οὐκ ἐπὶ ἄρχοντό

1) Journ. of Philol. 1914 (No. 65) pg. 12.

φησιν ἀληθῶς ὡς ἐπὶ τοὺς ἥρωας ἠγνόησαν γὰρ, διότι νῦξ ἦν. Auctor ille igitur, quisquis fuit, formam ἐπήσαν a verbo ἐπιέναι derivandam esse putavit—perperam, nam aoristum esse verbi ἐπ-αίω atque idem valere quod ἐνόησαν tam adverbium νημεριῆς comprobatur quam rerum narratarum ordo: versu enim sequenti (1025) demum insulani armis sumptis proelium cum Argonautis inisse dicuntur:

τῷ καὶ τεύχεα δύντες ἐπὶ σφίσι χεῖρας ἄειραν.

Redit forma infra II 195.

Phineus Argonautis vaticinia daturus est, sed non aperta et consummata:

II 314.

ὦδε γὰρ αὐτὸς

βούλειαι ἀνθρώποις ἐπιδενέα θέσφατα φαίνειν
μαντιοσύνης, ἵνα καὶ τι θεῶν χαιτέωσι νόοιο.

Recte scholiasta locum interpretatus est, qui ad ἐπιδενέα annotat: μὴ τέλεια, ἀλλ' ἔτι ἐνδέοντα λόγια τοῖς ἀνθρώποις ἐκφαίνειν, ἵνα καὶ τοῦ θεοῦ χρεῖαν ἔχωσι, sed ad hanc sententiam e poetae verbis eliciendam pronomem aegre desidero, unde eum scripsisse conicio: μ' ἐπιδενέα.

Ceterum scholiastam ipsum scripsisse ἔτι τι ἐνδέοντα mihi verisimillimum videtur.

Ne cunctemini (ita Phineus monet), postquam columba per rupes Cyaneas volavit,

II 332. ἀλλ' εὐ καριόναυτες ἑαῖς ἐνὶ χερσὶν ἔρειμά

τέμνεθ' ἀλὸς στεινωπόν, ἐπεὶ φάος οὐ νύ τι τόσον

ἔσσει' ἐν εὐχολῆσιν, ὅσον τ' ἐνὶ κάρει χερῶν.

Vulgata lectio εὐ καριόναυτες cum non optime concilietur cum sequenti κάρει χερῶν et ab usu Homérico abhorreat, O. Schneider proposuit: εὐ ἀριόναυτες. Aliquanto certior mea

videtur emendatio, qua litterae quoque κ ratio habetur: *ἀλλ' ὦκ' ἀριτύναντες*. Adverbium *ὦκα* sescenties in Argonauticis occurrit (ex hoc libro cf. vs. 436, 493, 876, 904) atque opportunissimum est post versum qui praecedit

μηκέτι δὴν μηδ' αὐτοὶ ἐρητύεσθε κελεύθου.

Ubi ad terram Mariandynorum pervenietis (ita Phineus pergit)

II 353. *ἔνθα μὲν εἰς Ἄλδαο καταιβάτις ἐστὶ κέλευθος,
ἄκρη τε προβλήης Ἀχερουσιάς ὑπόδι τείνει
διμήεις τ' Ἀχέρων αὐτὴν διὰ νεϊόδι τέμνων
ἄκρη^ν ἐκ μεγάλης προχοᾶς ἴησι φάραγγας.*

Vs. 354 adversus membranarum omnium auctoritatem pro *ἀκτιή* omnino corrigendum esse *ἄκρη* Pierson editoribus persuasit neque quisquam scripturam traditam etiamnunc tuetur.

Quamquam autem de ista lectione nulla relinquitur dubitatio, gravissimam mihi dubitationem movet lectio vs. 356 *ἄκρην*, quam codex unus Parisinus exhibet, cum reliqui cum ipso Laurentiano fidei concordia *ἄκρης* praebeant, neque solum propter communem librorum optimorum consensum ab editoribus spretum, sed etiam propter sententiam lectio codicis vilissimi ab iis recepta mihi vehementer displicet: nam per *αὐτὴν* satis superque significata est ἡ Ἀχερουσιάς *ἄκρα* et *ἄκρην* repetitum videtur frigidissimum. Quibus rationibus ductus vestigia, quae in codice egregio et in reliquis tantum non omnibus tradita sunt, sequenda esse et pro *ἄκρης* exigua mutatione illata reponendum esse mihi persuasi: *ἀκμής*. Acheron fluvius per ingens praecipitium *indefatigabilis* viam sibi secat ad mare.

II 379. *τῇ δ' ἐπὶ Μοσσόνιοι κοίμοι ὁμοῦροι ἐλήεσαν
ἐξείης ἤπειρον, ὑπὸ ρείας τε νέονται*

δουρατείς πρόγοισιν ἐν οἰκία τεκμήναντες
 κάλινα καὶ πρόγους εὐπαγέας, οὗς καλέουσιν
 μύσσυνας· καὶ δ' αὐτοὶ ἐπώνυμοι ἔνθεν ἔασιν.

Hunc locum corruptela laborare viri docti pridem perspererunt, e quibus Brunckius remedio usus est efficacissimo, cum versus 382 et 383 (*κάλινα . . . ἔασιν*) expulerit, Ruhnkenius pro *πρόγους* (vs. 382) *τριγγοὺς* scribendum censuit, Merkelius fere ex correctione Ruhnkenii *τριγχοὺς* edidit, quod minime aptum est cl. III 217 sq., Seatonius voc. *πρόγους* in editione Oxoniensi crucibus cinxit, postea ¹⁾ aliam Merkelii coniecturam secutus in *θαλάμους* mutavit.

De Brunckii medela adhibenda ne cogitari quidem licet, non, ut Platt ²⁾ contendit, quod vs. 381 solus intellegi non posset, sed quod versus vere Apolloniani sunt, in scholiis explicantur, interpolationis nec vola nec vestigium apparet. Redit sane vs. 382 infra (vs. 1017), quod, cum rarissimo Apollonius se ipsum repetat, suspicionem movere potest ³⁾, sed cur non vs. 1017 potius eiciendus sit, Platt (cuius argumentationem tantum non omnem probo) optimo iure rogavit. Praeter Brunckium, quem Mooney secutus est, ceteri omnes voc. *πρόγους* vitiosum habuerunt, cuius rei causa cognoscitur e verbis Merkelii: „*πρόγους* ex superiori versu repetitum videtur, ut aequè probabile sit, quidquid ad metrum facit et cum adi. *εὐπηγ.* iungi potest, velut *θάλαμοι Γ 236.*” Hoc igitur factum esse videmus: modo *πρόγοισιν* cum legissent, voc. *πρόγους* continuo sequens tamquam repetitionem non ferendam damnabant atque emendare conati sunt. Bona autem lectio iniuria vexata, lectio haud dubie corrupta ab editoribus

1) Ap. Rhod. Arg. with an English translation by R. C. Seaton. London 1919.

2) Journ. of Philol. 1914. No. 65. pg. 18.

3) ELDERKIN (Amer. Journ. Philol. 1913, pg. 198) praeter versus suspectos II 381 (= II 1017) et II 1186 (= IV 348) tres tantum versus ad verbum repetitos, septem eisdem prope verbis invenit.

adhuc non sollicitata est: constat enim mihi *πύργους* desiderari non posse, *πύργοισιν* egregie esse mendosum. Mossynoeci videlicet domus suas non aedificabant in turribus ligneis, ut nunc vs. 381 perhibetur, sed turres ipsae iis pro domibus erant, id quod testantur Mela (I 19): „Mossyni turres ligneas subeunt”, Diod. (XIV 30, 6): *συμφυγόντων δὲ εἰς τι χωρίον, ἐν ᾧ κατοικοῦν ἐπιωρόφους ἔχοντες ξύλινους πύργους κτλ.*, Strabo (XIII 3, 18): *ἐπὶ δένδρεσιν ἢ πυργίοις οἰκοῦσι, διὸ καὶ Μοσσυνοικοὺς ἐκάλουν οἱ παλαιοί, τῶν πύργων μοσσύνων λεγομένων*, Dion. Hal. (Ant. Rom. I, 26): *οἰκοῦσιν . . . ἐπὶ ξύλιναις ὡσπερὰν πύργοις ὑψηλοῖς στανρώμασι . . . μόσσυνας αὐτὰ καλοῦντες*. Ideo verba

οἰκία τεκίηναντες

*κάλινα καὶ πύργους εὐπαγέας, οὓς καλέουσιν
μόσσυνας· καὶ δ' αὐτοὶ ἐπόνυμοι ἔνθεν ἔασιν*

non tangenda sunt, nam optime se habent et ipsum voc. *πύργους* ad gentis nomen illustrandum etiam necessarium est. Cf. schol.: *μόσσυνοι γὰρ οἱ ξύλινοι οἰκοὶ λέγονται, οἷς καὶ αὐτοὶ ἐχρῶντο . . . ἀπὸ γοῦν τοῦ μόσσυνος, ὃ λέγεται ὁ ξύλινος οἶκος, ἐκλήθησαν Μοσσύνοικοι*.

Ubi autem turres suas erigebant? Non sparsim, credo, per montes, sed ita coniunctas, ut oppidum efficerent, id quod Diod. l.l. significasse videtur verbis *τι χωρίον* atque nostro loco verbis nunc quidem corruptis *δουρατέοις πύργοισιν ἐν* indicatum fuisse aio: pro *πύργοισιν* igitur poetam aliud quoddam vocabulum posuisse opinor, quod fortasse indicetur verbis Dionysii Hal. supra laudatis (*στανρώμασι*). Substituere igitur velim *δουρατέοις στανροῖσιν*, dum aliquis me sagacior melius quid deprompserit (Plattii *τείχεσιν* palaeographice difficilius defendi potest): ita poetam dicentem faciemus Mossynoecos intra palos ex arboribus confectos domos ligneas atque turres bene compactas, quas mossynas vocant, extruxisse.

Describitur cotidiana vicinorum salutatio in Phinei domo:

II 456. σὺν τοῖσιν δ' ἔκανε Παραβίος, ὅς ῥά οἱ ἦεν
φίλιτος· ἀσπασίος δὲ δόμοις ἐνι τούσγ' ἐνόησεν.

Pro adi. ἀσπασίος scribendum est adverbium ἀσπασίως,
cl. 728 infra:

ἀσπασίως ἄκρης Ἀχερουσίδος ὄρμον ἔκοντο.

Hoc scholiastam quoque legisse suspicor, in cuius exem-
plari pro ἐνόησεν exaratum esse videtur ἐνόησαν, quippe qui
haec ad locum adscripserit: οἱ δὲ περὶ τὸν Παραβίον, φησὶν,
ἐχάρησαν ἰδόντες τοὺς ἥρωας, cf. III 301.

Deinde haec sequuntur:

II 458. πρὶν γὰρ δὴ νύ ποί' αὐτοῖς ἀριστήων στόλον ἀνδρῶν
Ἑλλάδος ἐξανιόντα μετὰ πτόλιν Αἰήτιο
πέισματ' ἀνάψασθαι μυθήσατο Θυνίδι γαίη,
οἷ τέ οἱ Ἀρπυίας Διόθεν σχήσουσιν ἰούσας.

Nisi omnia me fallunt, in hoc Phinei vaticinio, quod ad futura
totum pertinet, pro ἀνάψασθαι corrigendum est ἀνάψεσθαι.

Iam Argonautae rupibus Cyaneis appropinquant:

II 559. τὰς δ' αὐτίκα λολισθιον ἄλλων
οἴγομένας ἀγκῶνα περιγνάμψαντες ἴδοντο.

Aut ego fallor aut scholiasta locum prave intellexit, cuius
ad verba τὰς δ' αὐτίκα λολισθιον ἄλλων haec est annotatio:
τοῦτο ἔφη, ἐπεὶ πεπωμένον ἦν στηρισθῆναι αὐτάς, ἂν διέλθῃ
αὐτῶν ἡ ναῦς, unde colligere necesse est eum verba quae
sunt λολισθιον ἄλλων ad cautes retulisse. Mooney vertit:
„saw last of all men”, Seaton: „for the last time of all”,
ego autem locum ita interpretandum esse iudico: Atque subito
eas discedentes conspexerunt, cum ultimum angulum e multis
aliis circumnavigassent. Accedit quod non verum est postre-
mum eas tum discessisse, nam post columbam transmissam
rursus aperiuntur, cf. vs. 574:

οἴγοντο γὰρ αὐτίς ἀνδιχα.

Argo validissimis remorum ictibus propulsa per summas undas prolabitur:

Π 594. ἡ δ' ἄφαρ ὥστε κύλινδρος ἐπέτρεχε κύματι λάβρω
προπροκαταϊγδὴν κοίλης ἁλός.

Semper miratus sum, quod navis cursu citato quasi aquarum superficiem stringens, comparatur cum cylindro, qui, si scholiastae fides habenda est, erat κιονισκος λιθινος στρογγύλος, ἐκατέραν βάσιν ἔχων ἐπίπεδον. Eiusmodi moles, credo, non diu fluitasset, nedum super undas provolasset, sed extemplo sidere incepisset et mox submersa esset, si fluctibus committeretur. Neque Plattii venusta explicatio („broadside on”) me inducere potuit, ut κύλινδρος sanum esse crederem. Quamvis dubitans, quid mihi in mentem venerit, expromam.

Est locus apud Homerum (Π. XIV, 291), ubi Somnus cum ave confertur, quam

χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν,
postquam modo cum Iunone iter longissimum trans mare fecit tandemque ad Lecton pervenit,

ὄθι πρόδιον λιπέτην ἄλα τὼ δ' ἐπὶ χέρσου
βήτην, ἀκροιάτη δὲ ποδῶν ὑπο σείειο ὕλη.

Cf. Plato Crat. 392^a et Aristoph. Av. 1181, ubi avis nomen recurrit.

Inde haec cogitatio animum meum subiit Apollonii animo obversatum esse locum illum Homericum eumque pro κύλινδρος scripsisse: κύμινδεις, librarios autem vocabulum sibi ignotum in notissimum illud mutasse.

Π 598. καὶ τότε Ἀθηναίη σιβαρῆς ἀντίεσπασε πέτρης
σκαίῃ, δεξιτερῇ δὲ διαμπερὲς ὡσε φέρεσθαι.

Maluerim σιβαρῆ, quia epitheton sinistrae nitenti magis quam saxo hoc loco convenit. Cf. vs. 1212 infra:

ὄπλοτε οἱ σιβαράς ἐπορέζαιτο χεῖρας.

Hom. Π. XII 397, XXIII 686, 711, Od. IV 506, VIII 189 et passim.

Jasonis verba sunt:

II 634.

αὐτὰρ ἔγωγε

εἶο μὲν οὐδ' ἠβαιὸν ἀτύξομαι ἀμφὶ δὲ τοῖο

καὶ τοῦ ὁμῶς, καὶ σεῖο, καὶ ἄλλων δεῖδι' ἑταίρων.

In scholiis, postquam ad εἶο observatum est: ἀντὶ ἔμαντοῦ, et ad ἀτύξομαι: φοβοῦμαι, sub lemmate ἀντὶ δὲ τοῖο haec sequuntur: ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἐμεῖο, τρίτον πρόσωπον ἀντὶ πρώτου. βούλεται δὲ λέγειν, ὅτι ἔμαντοῦ οὐδὲ τὴν τυχούσαν ποιοῦμαι φροντίδα. ἰδίως δὲ ἠβαιὸν τὸ διὰ σμικρότητα βάσιν μὴ ἔχον, ἄβαιόν τι ὄν.

Cuivis liquet haec omnia ad verba εἶο μὲν οὐδ' ἠβαιὸν ἀτύξομαι pertinere — non ad ἀμφὶ δὲ τοῖο, haec igitur verba perperam monitis scholiastae esse praefixa.

Pervenerunt Argonautae ad fines Mariandynorum et ἄρκης

Ἀχερουσιδος ὄρμον, ubi Acheron in mare effunditur,

II 744. ὅς τε διέξ ἄρκης ἀνερεύγεται εἰς ἄλα βάλλων ἠόλην.

Est ἠόλην codicum optimorum scriptura — ἠφῆν, quod in nonnullis libris deterioribus legitur, a Seatonio et Mooneio receptum est — Merkelius autem de suo edidit Ἰονίην, ad quam coniecturam confirmandam haec adscripsit: „ἠόλην aut ἠφῆν explicatum non habet: totus pontus Euxinus indicari nequit; sinus, in quem effluit fluvius, ab occidente est, ut scholia habent et mappae geographicae docent. Aut igitur scribendum Ἡοίην pro nomine eius sinus, aut temptanda emendatio. Ionium mare pars occidentalis Pontis Euxini etiam Δ 288, 308 nuncupatur. Ammianus Marc. XXII. 13c: Bospori vocati, quod per eos quondam Inachi filia . . . ad mare Ionium permeavit.”

Naberus ¹⁾ fuse egit docteque, ut malesanam correctiunculam

1) Mnemos. 1906 (XXXIV), pg. 24.

'Ιουλίην quam vocat, redargueret, quod tam prospere ei cessit, ut de infelici Merkelii invento verbum addere opus non sit, sed non item mihi persuasit traditam lectionem sanam esse, ad quam tuendam haec tantum attulit: „neque admodum incredibile est poetam Pontum Euxinum appellavisse 'Ηολίην ἀλα.” Etiamnunc Apollonium non ἡολίην scripsisse credo, sed epitheton fluvio apposuisse, Acheronti, qui διέξ ἄκρης ἀνερεύγεται, aptissimum, sc. ἡίοεις, memor cum esset Π. V 36:
 τὸν μὲν ἔπειτα καθεῖσεν ἐπ' ἡίοεντι Σκαμάνδρῳ.

Tiphye mortuo Ancaeus Peleum metu liberat, se gubernandi satis esse peritum affirmans

II 870.

οὐ μὲν ἄρχος
 ἴδριν ἐόντα με τόσον ἄγει μετὰ κῶας Ἰήσων
 Παρθενίης ἀπάνευθεν, ὅσον τ' ἐπιστορα νηῶν.
 τῷ μὴ τοι τιτθόν γε δέος περὶ νηῖ πελέσθω.

In codice Laurentiano exaratum est: τῷ μὴ τοι et μοι supra scriptum est. Ego quidem τοι praetulerim cum plerisque editoribus, sed fieri posse, ut μοι vera lectio sit, libenter concedo, dummodo recte casum dativum intellegamus, cuius mirum apud Apollonium usum esse Linsenbarth ¹⁾ demonstravit, qui hoc tamen loco perperam μοι dativum ethicum esse putat, quamvis recte vertens: „quod ad me attinet”, ex qua versione satis apparet μοι rectius dativum causalem nominandum esse: versum enim sic interpretandum esse existimo: „ne propter me vel minimum sollicitudinis de nave sit.”

Cf. vs. 772 supra: ἄχος δ' ἔλεν Ἡρακλῆι
 λειπομένῳ,
 ubi ne Herwerdeno obsequare, cuius verba sunt: „Expectes

1) De Ap. Rhod. casuum syntaxi. Diss. Lips. 1887.

genetivum causalem 'Ηρακλῆος λειπομένον, dolor ob Herculem relictum", nam dativus Apollonii proprium est. Etiam tertium exemplum ex hoc ipso libro afferre lubet, locum dico, ubi Philyra Chironem Centaurum peperisse fertur, vs. 1240 infra:

ἵνα δὴ Χείρωνα πελώριον, ἄλλα μὲν ἵππῳ,
ἄλλα θεῶ ἀτάλαντον, ἀμοιβαίῃ τέκεν εὐνή.

Verba ἀμοιβαίῃ εὐνῇ Naberum vehementer offenderunt, qui hoc quidem sensu vacuum esse et ante pedes esse positam correctionem ἀνοικείῃ τέκεν εὐνῇ scripsit. Non credo. Quod Philyra cum Saturno in equum converso concubuit, poeta his verbis respexit atque inscite ἀμοιβαίῃ fere pro ἀμφιλόγῳ ponendo significare voluit. Ceterum quidquid est, dativum illum, quem modo causalem, modo instrumentalem dicere possis, hic quoque vides, nam ἀμοιβαίῃ εὐνῇ est: propter concubitum ambiguum, vel potius ex concubitu ambiguo.

II 1108.

ἰσιτα δ' ἐξήραξ' ἀνέμου μένος, ἠδὲ καὶ αὐτως
νήα διάνδιχ' ἔαξε τινασσομένην ῥοθίοισιν.

Pro αὐτως, quod in codicibus omnibus traditum est, Brunckius αὐτήν dedit, quod editoribus recentioribus probavit, Merkelio tamen non plane, cum temptari posse observavit ἠ δὲ καταιγίς vel ἠδὲ κατ' ἄκρης ex Od. V 313. Mihi Brunckii correctio etiam valde displicet; nonne verba τινασσομένην ῥοθίοισιν ea recepta intolerabiliter languescunt? Immo, poetae reddendum esse puto αὐτοῖς, quo et librariorum error facile explicatur et sententia, quam desideramus, restituitur: ventus navem tandem fregit, quae undis ipsis iamdiu quassabatur.

„Venerem adeamus”, Iuno ait, „eamque inducamus, ut filium suum iubeat Medeam amore Iasonis incendere”, cui Minerva respondit:

III 32.

*Ἦρη, νήϊδα μὲν με πατήρ τέκε τοῖο βολάων,
οὐδέ τινα χρεῖώ θελκτήριον οἶδα πόθοιο.*

Mendum in vs. 33 inesse mihi persuasum est; Mooney vertit: „nor know I aught, that wakes desire”, Seaton: „nor do I know any charm to work desire”, sed quomodo hanc sententiam e nostris verbis prompserint, non video. Platt, vocabulum *χρεῖώ* intolerabile putans, dubitat adiectivumne an substantivum *θελκτήριον* sit; ingeniose coniecit:

οὐδέ τιν' ἀχρεῖου θελκτήρια οἶδα πόθοιο.

Vocabulum *χρεῖώ* autem recte se habet; si quid video, adiectivum *θελκτήριον* requiritur, quod legitur etiam vss. 738, 766, 820 infra. „Neque ullum blandi amoris desiderium sentio.”

Cupido, ut matri morem gereret, coelum reliquit illa via
III 162.

ἦχι τ'ἀερόθεις

ἠέλιος πρότησιν ἐρεύγεται ἀκτινεσσιν.

Est haec codicis Laurentiani scriptura — in Guelferbyitano *ἐρεύθεται* exaratum est, quod a plerisque editoribus receptum est. Ego autem Merkelio assentior neutrum defendi posse videri, neque mihi loci a Samuellsonio ¹⁾ laudati persuaserunt, ut *ἐρεύθεται* veram esse lectionem putem: poeta enim non ipsum solem suis radiis rubescere dicit, sed nubes. Cf. IV 125, ubi vellus aureum fertur fuisse:

νεφέλη ἐναλιγκιον, ἥ τ'ἀνιόντος

ἠέλιου φλογερῆσιν ἐρεύθεται ἀκτινεσσιν.

1) Ad Ap. Rhod. adversaria. Skrifter Kongl. Humanistiska Vetenskaps Samfundet. I. Band VIII. Uppsala 1902.

Minime autem arridet id, quod Merkel substituit *ἐρκειδεται* atque manum poetae potius restituere mihi videor scribendo *ἐπεύχεται*.

„Praestat”, ita Iason arguit, „Aeetae persuadere quam vi grassari.”

III 188.

πολλάκι τοι θέα μῦθος, ὃ κεν μόλις ἐξανύσειεν
ἠγορέη, τόδ' ἔρεξε κατὰ χρέος, ἥπερ ἐφκει
πρῆύνας.

Fere idem est *κατὰ χρέος* atque *ἥπερ ἐφκει*. Oratio mitis animos lenire *solet* itaque pro *ἐφκει* corrigendum esse puto *ἐώθει*.

Iason cum Phrixi filiis et duobus e suis ad cubicula pervenerunt, quae Chalciope et Medea cum suis ancillis tenebant:

III 248.

τῆ μὲν ἄρ' οὔγε

ἐκ θαλάμου θάλαμόνδε κασιγνήτην μειοῦσαν -
"Ἦρη γάρ μιν ἔρυκε δόμῳ"

Etiamsi cum mss. inferioribus *τὴν μὲν ἄρ' οὔγε . . . μειοῦσαν* vel cum Plattio *τῆ μὲν ἄρ' ἦγε . . . μειοῦσα* legimus, anacoluthia restat, quam vix ac ne vix quidem concoquo atque ideo tollere iubeo, quamquam anacoluthias apud Apollonium nonnullas exstare probe scio. Corruptela manifesta simul emendabitur, si legimus:

τὴν μὲν ἄρ' εἶρον

ἐκ θαλάμου θάλαμόνδε κασιγνήτης μειοῦσαν.

Hanc sententiam desiderari nemo negabit et ex Mooneii Seatonique versionibus satis apparet: „eam (sc. Medeam) autem invenerunt e suo cubiculo in cubiculum sororis trans-euntem.”

Poeta verbo *εἶρον* saepius usus est pro *κατέλαβον*, cuius rei exempla afferro ex hoc libro

vs. 114: εὔρε δὲ τόγγ' ἀπάνευθε Διὸς θαλερῆ ἐν ἀλωῇ,

vs. 325: οὐδ' ἔτι κείνας εὔρομεν.

Cf. Π 779: ἐμὲ δ' εὔρε νέον χροάοντα ἰούλους.

et IV 851: τοὺς δ' εὔρεν παρὰ νηί.

Amor Medeae cum flamma comparatur subito erumpente:
III 291.

ὣς δὲ γυνὴ μαλερῶ περι κάρφρα χεύατο δαλῶ
χερνῆτις, τῆπερ ταλασήια ἔργα μέμηλεν,
ὥς κεν ὑπωρόφιον νύκτωρ σέλας ἐντύναιτο,
ἄγχι μάλ' ἐργομένη· τὸ δ' ἀθέσφατον ἐξ ὀλλιοιο
δαλοῦ ἀνεγρόμενον σὺν κάρφρα πάντ' ἀμαθύνει
τοῖος ὑπὸ κραδίῃ εἰλυμένος αἶθετο λάθρη
οὐλος Ἔρωσ.

De verbis quae sunt ἄγχι μάλ' ἐργομένη pauca mihi dicenda sunt, quippe quae interpretibus multas iam molestias immerito exhibuisse censeam. Libri mss. haud multum inter se discrepant: dedi codicis Laurentiani scripturam — in Guelferbytano est ἄγχι μάλ' ἐργομένη cum glossa ἐργομ. i.e. εἰργομένη. Merkelius, qui Laurentianum sacrosanctum habendum esse hortari numquam desistit, hoc loco non veritus est pro ἄγχι scribere πάγχυ — Hemsterhusius ἄγχι μάλ' ἐζομένη temptavit — plerique ἄγχι significare contendunt „mane”, quod non credo. Qua de causa codex Guelferbytanus veram ac genuinam lectionem servasse mihi videatur (verbum recurrit vs. 184, 649, 653 huius libri), exponere iam lubet.

Primo lectionem Laurentiani, quam Seatonius cum multis aliis tuetur, a loco nostro alienam esse aio. Nempe sermo est de igne, qui accenditur a muliere et subito erumpit: quo consilio id faciat, tamquam res minoris momenti obiter memoratur verbis ὥς κεν . . . ἐντύναιτο, sed non pertinet ad comparationem. Verba igitur conclamata ad mulierem ignem

accendentem spectare reor, unde sequitur verbum *ἐργομένη* loco aptum non esse, quod ne tunc quidem aptum esset, si ad subiectum verbi *ἐνιόναιτο* id referri velles: an forte absurdum non esset dicere mulierem non dormivisse cum ignem pararet?

Ergo lectione *ἐργομένη* reiecta de altera scriptura *ἐργομένη* videamus. Mulier, quae ignem flatu excitat, qua ratione rem administrat? Nimirum sedit proxime (*ἄγχι μάλα*) focum atque simul, ne forte flamma mox eruptura faciem vel vestes incessat, sedit *ἐργομένη* sive *ειργομένη*, hoc est: se tegens atque ab ignis aestu se defendens. Cf. IV 1580:

τόφρ' αὐτὴν παρὰ χέρσον ἐεργμένοι ἰθύνεσθε.

„Tum praeter litus navigate, id autem caventes”¹⁾. Confer etiam Herod. IV 164: *ἐργετο ἐκὼν τῆς τῶν Κυρηναίων πόλιος*. E quibus locis satis apparet verbum *ἐργεσθαι* significare posse: abstinere, abesse a, cavere, vitare.

Deinde vocabula quae sunt *ἄγχι μάλα* cum *ἐργομένη* coniungenda esse non puto, sed interpungenda *ἄγχι μάλ', ἐργομένη*. Simili ratione Soph. Ant. 418 *ἐγερεῖ, κινῶν* interpungendum esse a Vollgraffio²⁾ demonstratum est.

Quomodo lectio *ἐργομένη* orta sit, facile explicatur e versu sequenti (*ἀνεγρόμενον*). Quibus consideratis lectionem, quam codex Guelferbytanus exhibet, utique retinendam esse censeo. *Ἀνεγρόμενον* versu sequenti iam non sollicitandum esse satis liquet.

Ad acerbissima Aeetae maledicta Iason sic respondere incipit:

III 386. *Αλήτη, σχέο μοι τῷδε σιόλω. οὔτι γὰρ αὐτως
ἄσιν τεδὸν καὶ δώμαθ' ἰκάνομεν, ὡς πού ἔολπας
οὐδὲ μὲν ἰέμενοι.*

1) Neque „keeping close” (Mooney) vel „hugging” (Seaton).

2) Mnemos. IIL (1920) pg. 371.

Adscripsit Merkel O. Schneiderum maluisse τοῦδε στίλον, „ut scholia testari videntur.” Platt quoque genetivum desiderans τοῦδε ψόγου proposuit. In scholiis autem haec leguntur: *Αλήτη, σχέο μοι] ὦ Αλήτη, ἐπίσχες ἢ ἀνάσχον μοι περὶ τούτου τοῦ στίλου*, quibus verbis scholiasta locum optime interpretatus est neque genetivum apud Apollonium legisse credendus est, ut Merkelio videtur, cum hic locus illis addendus sit, quos ad II 870 attuli, ubi de tali dativi usu Apollonio proprio egi: „Quod ad hanc expeditionem attinet, Aeetes, desinas, quaeso, verba facere.”

Medea metuens, ut Iason par esset periculis obeundis
III 460

*ὀδύρειο δ' ἦν τε πάμπαν
ἤδη τεθνεῖωτα, τέρεν δέ οἱ ἀμφὶ παρειὰς
δάκρυον αἰνοτάτω ἐλέω ῥέει κηδοσύνησιν.*

O. Schneiderus temptavit *κηδοσύνη τε*, sed emendandum esse: *ἐλέω ῥέειν ἢ δ' ὀδύνησιν* me docent scholia, in quibus ad verba *ὀδύρειο δ' ἦν τε πάμπαν* haec leguntur: *ἐθρήνηι δ' αὐτὸν ὡς ἤδη τεθνηκότα, ἐλέω δὲ συνεχομένη ἐκλαιεν ἐπ' αὐτῷ λυπουμένη;* et vs. 761 sq.:

*δάκρυ δ' ἀπ' ὀφθαλμῶν ἐλέω ῥέειν ἐνδοθι δ' αἰεὶ
τεῖρ' ὀδύνη σμύχουσα διὰ χροῶς.*

et IV 1067 sq.: *ἐν δέ οἱ ἦτορ*

ὄξειης εἰλεῖτο πεπαρμένον ἀμφ' ὀδύνησιν.

Cf. etiam Herwerden ad III 297.

III 656. *ὡς δ' ὅτε τις νύμφη θαλερὸν πόσιν ἐν θαλάμοισιν
μύρεται, ᾧ μιν ὄπασσαν ἀδελφοὶ ἠδὲ τοκῆς
οὐδέ τι πω πάσαις ἐπιμίσγεται ἀμφιπόλοισιν
αἰδοῖ ἐπιφροσύνη τε μυχῷ δ' ἀχέουσα θαάσει.*

τὸν δὲ τις ὄλεσε μοῖρα, πάρος ιαρομένην ἀμφω
 δήνεσιν ἀλλήλων ἢ δ' ἐνδοθι δαιομένη περ
 σῖγα μάλα κλατεὶ χῆρον λέχος εἰσορόωσα
 μή μιν κερτομέουσαι ἐπιστοβέωσι γυναῖκες.

Monet Herwerdenus scholiastam interpretantem *πρὶν ἐπ' ἀλλήλοις τερφθῆναι* prudenter supersedisse monere quid sibi hic velit *δήνεσιν*, i. e. *consiliis*, quae non primo loco ab amantibus respici assoleant, atque *ἤβης* vel *εὐνῆς* temptat, quamquam se corruptelae rationem non satis expedire posse addit.

Si pro *δήνεσιν* restituatur *ἡδεσιν* vel *γηθεσιν*, verba scholiastae *πρὶν ἐπ' ἀλλήλοις τερφθῆναι* lectioni optime respondebunt et facile explicabitur corruptelae origo; neutrius autem vocabuli formam pluralem me invenire potuisse confiteor.

Γῆθος pro *γηθοσύνη* est Luc. Amor. 9; Plut. Ages. 29. Cf. II 878: *τοῖο δὲ θυμὸς ὀρέξατο γηθοσύνησιν*.

Post colloquium, quod cum sorore habuit, Chalciopē abit, ut filiis suis rem enarret.

III 740. Ὡς ἤγ' ἐκ θαλάμοιο πάλιν κτε, παισὶ τ' ἀρωγὴν
 ἀδιοκασιγνήτης διεπέφραδε τὴν δὲ μιν αὖτις
 αἰδῶς τε σιγερὸν τε δέος λάβε μουνωθεῖσαν,
 τοῖα παρέξ οὐ παιρὸς ἐπ' ἀνέρι μητιάσθαι.

Lectio *τὴν δὲ μιν αὖτις* (*αὖθις* a Brunckio iam correctum erat) a paucis modo defenditur. Mooney recte observat: „If this reading is sound, it is the most extraordinary of Apollonius' many vagaries in the use of pronouns.” Merkel haec adscripserat: „Non habeo exploratum, quid ad hoc loquendi genus poetam perduxerit: putaveritne licere ante pronomē tertiae personae, quod in prima et secunda usu veniat an locis Homericis sit deceptus. II § 416 certe Aristophanem scimus copulasse *τόν* et *οὐτινα*. Ab emendatione temperandum videtur, quae certatim a multis nec infeliciter temptata fuit,

μάλ' αὐτις, μεταῦτις alia", quibus etiam Plattii τὴν γε μὲν αὐτις addendum est.

Immo vero, quam maxime locum emendandum esse arbitror :

καὶ δέ μιν αὐτις

αἰδῶς τε στυγερόν τε δέος λάβε μοννωθεῖσαν.

Cf. vs. 725 supra :

καὶ δέ μιν ἀχλὺς

εἶλεν λαινομένην,

et vs. 154, ubi verbum *κατα* . . . βάλε prorsus eodem modo divisum positumque esse vides, quo *κατα* . . . λάβε loco nostro :

καὶ δὲ φαινω

μητρὸς ἔης εὖ πάντας ἀριθμήσας βάλε κόλπῳ.

Medea, ubi cum ancillis suis venit ad locum, ubi Iasonem conveniret, exclamat :

III 891. ὦ φίλαι, ἦ μέγα δὴ τι παρήλιον, οὐδ' ἐνόησα

μὴ ἴμεν ἀλλοδαποῖσι μετ' ἀνδράσιν, οἳ τ' ἐπὶ γαῖαν

ἡμετέραν στροφῶσιν.

Merkelius auctoritatem Laurentiani, quam verbis vindicare amat, rursus re spremit, cum pro *μὴ ἴμεν* de suo scripserit: *μήνιμ'*, ita locum vertens: „neque memor fui simultatis susceptae cum peregrinis viris.” O. Schneider verba tradita sana esse affirmat, sed sic distinxit: *παρήλιον οὐδ' ἐνόησα. μὴ ἴμεν κτλ.* atque interpretatus est: „peccavi imprudens. ut opinor, non incidemus in hostes?” Samuelsson temptavit *ἔμμεναι*, Platt *δὴν ἔμεν*, cum observarit hiatum sine exemplo sententiamque obscuram esse.

Quod ad hiatum attinet, Plattio assentior; quod ad sententiam, locus optime se habere mihi videtur, non solum quod ad ipsa verba, sed etiam quod ad interductum eorum attinet atque etiam crucibus Seatonianis supersedendum esse existimo. Quidni interpretamur: „Amicae, multum profecto peccavi,

atque ex animo meo plane effluxit me inter viros peregrinos versari." (De hoc infinitivi post μή usu cf. I 468, IV 14, 408, 1481). Ita apte sequuntur vss. 896 sqq.:

ἀλλ' ἐπεὶ οὖν ἰκόμεσθα, καὶ οὐδὲν νῦν τις ἄλλος ἔπεισιν,
εἰ δ' ἄγε μολπήν θυμὸν ἀφειδέως κορέσωμεν
μειλιχίῃ, τὰ δὲ καλὰ τερέινης ἄνθεα ποιῆς
λεξάμεναι τότ' ἔπειτ' αὐτὴν ἀπονισσόμεθ' ὄρην,

in quibus scholiastam verbum λεξάμεναι perperam intellexisse moneo, quod explicaverit: ἀντὶ τοῦ ἀνακλιθεῖσαι, ὡς καὶ "Ὁμηρος: „λέξεται ἐν μέσσησι νομεύς."

Verbum nimirum eadem notione poeta posuit, qua vs. 807:

ἴετο δ' ἦγε

φάρμακα λέξασθαι θυμοφθόρα, τόφρα πάσαιτο.

Similis incuriae deprehenditur ad vs. 1236, ubi ad nomen Φαέθων haec dedit: οὐτι δ' Ἄψυρτος καὶ Φαέθων ἐκαλεῖτο, ὡς φησι Τιμῶναξ ἐν δευτέρῳ Σκυθικῶν. Scilicet eum fugit ipsum Apollonium scripsisse supra vs. 245:

καὶ μιν Κόλχων νῆες ἐπωνυμίην Φαέθονια
ἔκλεον, οὐνεκα πᾶσι μετέπρεπεν ἠιθέοισιν.

Describuntur animi affectus, quibus Medea mota est, cum Iasonem opperiretur:

III 954. ἦ θαμὰ δὴ σιηθέων ἐάγη κέαρ, ὁππότε δοῦπον
ἦ ποδὸς ἦ ἀνέμοιο παραθρέξαντα δοῦσαι.

Genetivus locativus σιηθέων Herwerdenum induxit, ut σιηθέσφ' proponeret, sed siquid mutandum est, legere maluerim:

ἐκ θαμὰ δὴ σιηθέων ἐάγη κέαρ. Cf. IV 1018:
ὡς ἐμοὶ ἐκ πυκινὰ ἐπεσον φρένες.

Iam tauri flammas evomentes procedunt: terrentur Argonautae Iasone excepto:

III 1293,

αὐτὰρ δὲ τοὺς γε

εὖ διαβάς, ἐπιόντας, ἄτε σπιλάς εἰν ἄλλι πέτρῃ
 μίμνει ἀπειρεσίησι δονεύμενα κύματ' ἀέλλαις.

E lectione unius codicis Vaticani μίμνειν Merkelius edit:

πέτρῃ,

μίμνειν, ἀπειρεσίησι κτλ.,

quod et aliis et Plattio probavit, qui ab ἄτε umquam verbum pendere posse negat. Sed satis hanc opinionem refutat II 70:

ἐνθα δὲ Βεβρύκων μὲν ἄναξ, ἄτε κύμα θαλάσσης
 τρηχὺ θοὴν ἐπὶ νῆα κορύσσειται κτλ.

Subiectum verbi μίμνει solum σπιλάς πέτρῃ est. Equidem vero pro ἐπιόντας poetae reddendum esse suspicor: ἐπιόσσει'. Cf. II 28:

ἐπὶ δ' ὄσσειται οἰόθεν οἶος

ἄνδρα τόν, ὅς μιν ἔτυψε παρολιταὸς οὐδ' ἐδάμασσαν.

Et II. XVII 381:

τῷ δ' ἐπιόσσομένῳ θάνατον καὶ φύξαν ἑταίρων
 νόσφιν ἐμαρνάσθην.

Iamque tauri in Iasonem invadunt:

III 1299. ὡς δ' ὄτ' ἐνὶ τρητοῖσιν ἐύρρινοι χοάνοισιν
 φῦσαι χαλκῆων ὅτε μὲν τ' ἀναμαρμαίρουσιν
 πῦρ ὀλοὸν πιμπρᾶσαι, ὅτ' αὖ λήγουσιν ἀντιμῆς,
 δεινὸς δ' ἐξ αὐτοῦ πέλειται βρόμος, ὀππότ' ἀίξῃ
 νειόθεν ὡς ἄρα τῷ γε θοὴν φλόγα φρυσιώωντες
 ἐκ στομάτων ὀμάδῳ, τὸν δ' ἀμφὶ τε δῆϊον αἶθος
 βάλλεν ἄτε στεροπή.

Merkelius cum pro ἐξ αὐτοῦ, quod in melioribus libris mss. traditum est, ipse ἐξ αὐ τοῦ edidit, bene quidem locum est interpretatus: „ἐκ τοῦ h.e. ex igne, qui ab inferiori loco (νειόθεν ut 1358) emicat. 'Βρόμος δὲ κυρίως ὁ τοῦ πυρὸς ἦχος' schol.," sed minus bene traditam scripturam constituit. Equidem nullus dubito, quin corrigendum sit ἐξ αἶθου.

In ultimis versibus recensendis editores mire a codicibus

mss. dissentiunt. Merkelius Hermannum secutus, pro *ὀμάδῳ* recepit *ὀμάδων* atque ipse pro *ἀμφί τε*: *ἄμφεπε* et pro *βάλλεν*: *βάλλον* substituit, quae omnia Seatonio et Mooneio probavit. Animum inducere nequeo, ut istas mutationes necessarias vel etiam probabiles esse credam.

Certe verbum omissum eas non probat; conferas II 541, IV 468, quibus locis similiter verbum in comparationibus cogitatione supplendum est; sin minus, conicere possis *φυσιώσων*, ut IV 405 *ἀντιόωντες* codex Laurentianus perperam dat pro *ἀντιώσων*. Deinde *ὀμάδῳ* optima lectio videtur; eodem modo dativus intellegendus est atque *μνηθημῶ* vs. 1297:

οἱ δέ μιν ἄμφω

μνηθημῶ κρατεροῖσιν ἐνέπληξαν κεράεσσιν.

Neque magis verba *ἀμφί τε . . . βάλλεν* suspicionem ullam movere debent: *τόν τε δήϊον αἰθρος ἀμφιβάλλεν ἄτε σιεροπή* recte dictum est. Eadem notione verbum *βάλλειν* legitur IV 437:

νοκίος τε μέλαν κνέφας ἀμφιβάλλειν.

III 1333. *δεινὸν δ' ἐσμαράγευν ἄμυδις κατὰ ὄλκας ἀράτρου βόλακες ἀγνύμεναι ἀνδραχθίες.*

Mirror aratrum sulcos habens; poetam dicere voluisse: „glabrae aratro ruptae”, mihi persuasum est. Corrigendum igitur est *ἀράτρω*.

Plurimis verbis Apollonius commoratur in magnitudine inaudita draconis describenda, quem tantum strepitum edidisse confirmat, ut gentes vel remotissimae eum audirent. Facere non possum, quin observationem scholiastae scurrilem obiter corripiam. Ad versus enim

IV 131. *ἔκλυον οἱ καὶ πολλὸν ἐκὰς Τιτηνίδος Αἴης
Κολχίδα γῆν ἐνέμοντο παρὰ προχοῆσι Λύκοιο*

haec dedit: *ὑπερβολῇ κέχρηται περὶ ποσότητα, εἰ γέ φησι τὴν τοῦ δράκοντος φωνὴν τοῖς μὲν μακρὰν οὔσι τῶν Κόλχων ἀκούεσθαι, αὐτοῖς δὲ μὴ.*

Id hercle mihi vehementer dolet eum non in medium protulisse, unde miram Medae et Iasonis surditatem cognoverit.

Monstrum tandem somno victum corrui

IV 152. *οἶον ὅτι βληχροῖσι κυλινδόμενον πελάγεσσιν
κῦμα μέλαν κωφόν τε καὶ ἄβρομον.*

Hanc lectionem, quamquam nullam umquam eruditus suspicionem movisse videtur, veram esse non credo: et sana ratio et structura verborum flagitant verbum, quo post *οἶον ὅτι* careri non potest. Pro *μέλαν* igitur mihi reponendum videtur *πέλει* (cf. III 15, 102) vel *πέλεν* (cf. I 629, 728; II 436, 1171; III 252; IV 103, 118, 345, 430, 927), quod ad litterarum ductus traditae lectionis etiam propius accedit.

Ad versum IV 259 in scholiis variae historicorum sententiae conferuntur de via, qua Argonautae redierint: Hecataeus dixisse fertur eos e Phaside flumine in Oceanum, dehinc in Nilum, ex eo autem in mare nostrum pervenisse; deinde haec sequuntur: *τοῦτο δὲ ὁ Ἐφέσιος Ἀρτεμίδωρος ψευδὸς φησὶν εἶναι· τὸν γὰρ Φᾶσιν μὴ συμβάλλειν τῷ ὠκεανῷ, ἀλλ' ἐξ ὀρέων καταφέρεσθαι.*

Non video, quaenam inter utrumque sit controversia: Artemidorus Hecataeum mendacii insimulat, sed causa me latet. „Phasim enim flumen Oceano non misceri, verum delabi de montibus” — hisce non obloquitur Hecataeo, nedum eum redarguat. An omnia flumina, quae in oceanum effunduntur, non defluunt de montibus? Quae cum ita sint, nonnulla verba excidisse verisimile est. Dum nescimus, quae

fuerit Artemidori de Phaside sententia, legere velim: ἀλλ' ἐξ ὁρέων [τῶν Ἀρμενίων εἰς τὸν πόντον] καταφέρεσθαι.

Medea Iasonem obsecrat, ne meritorum suorum obliviscatur:

IV 383.

μνήσαιο δέ και ποτ' ἐμεῖο
στρενγόμενος καμάτοισι δέρος δέ τοι Ἴσον ὄνειροις
οἴχοιτ' εἰς ἔρεβος μεταμώνιον ἐκ δέ σε πάτρης
αὐτίκ' ἐμαί σ' ἐλάσειαν Ἐρινύες.

Quomodo haec lectio ab editoribus defendi possit, nescio. Neque Merkelius, neque Seatonius, neque Mooneius correctionem, quam editio Basil. habet: ἐκ δέ τε πάτρης, receperunt. Mihi vero plane necessaria videtur.

Absyrto necato Argonautae duce Medea

IV 485. Κόλχον δ' ὄλεον στόλον, ἤντι κίρκοι

φῦλα πελειάων.

Saepius iam, Merkelium Laurentiani auctoritatem verbis commendantem, re spernentem vidimus. Hoc autem loco mira tenacitate lectionem aperte corruptam retinere vult. Neque soli Merkelio hoc crimini dandum est, nam etiam Seatonius et Mooneius eum secuti sunt. Veram lectionem Κόλχων in Guelferbyitano esse Plattius vidit.

Cf III 212; IV 1002, 1073, e.a.

Postquam Absyrus proditione interfectus est eiusque copiae nocte superatae sunt, Peleus hoc consilium suis proponit:

IV 495. Ἦδη νῦν κέλομαι νόκιωρ ἔτι νῆ' ἐπιβάντας

εἰρεσίη περάαν πλόον ἀντίον, ᾧ ἐπέχουσιν

δήϊοι ἠῶθεν γάρ ἐπαδρήσαντας ἕκαστα

ἔλλομαι οὐχ ἓνα μῦθον, ὅτις προτέρωσε δλεσθαι

ἡμέας διτρυνέει, τοὺς πεισέμεν οἶα δ' ἄνακτος

500. εὐνίδες, ἀργαλέησι διχοστιασίης κεδόονται.
 ῥηιδίη δέ κεν ἄμμι, κεδασθέντων δίχα λαῶν,
 ἤδ' εἴη μετέπειτα κατερχομένοισι κέλευθος.

Bonam interpretationem, non emendationem haec poscere iam Samuelsson vidit. Mihi quoque opinionem meam edere liceat, praesertim ut Merkelium redarguam, qui, cum verba perperam intellexerit, tam poetae quam scholiastae coniecturas suas importunas obtrusit; sensum enim esse videri scripsit: „ad persequendum non ullo modo, etiamsi excitentur, impelli poterunt; sed disiuncti, ut sunt, manebunt. nobis ad perrumpendum, dum sunt, maturius quam posthac, cum ad concionem congressi fuerint.” Loco ita praepostere explicato, cum μετέπειτα non facile conciliari posset cum ἤδη νῦν (vs. 495), pro ἤδ' εἴη vs. 502 edidit: ἤ τ' εἴη atque ῥηιδίη pro comparativo esse sibi persuasit.

In scholiastae deinde adnotatione, quae est:

ὁ Πηλεὺς συμβουλεύει μετὰ τὸν Ἀψύρτου θάνατον πλεῖν ἐπὶ τοὺς λοιποὺς Κόλχους, λέγων ὅτι ὄρθρον ἰδόντας τὸ πεπραγμένον ἐνὶ λόγῳ χρωμένους διώξειν ἡμᾶς”, post verba λέγων ὅτι inseruit vocabulum ἀπίθανον, quo eius explanationem suae interpretationi adaptaret.

At vero scholiasta summatim certe sententiam loci expressit neque quicquam in eius paraphrasi mutandum esse opinor. Peleus haec voluit.: Ubi primum illuxerit et hostes, quaecumque facta sunt, cognoverint, non unam (vocem, sc. Absyrti), sed multas voces iis persuasuras esse confido, ut nos persequantur: sed utpote duce suo orbatī gravi dissidio disiuncti id exsequantur. Sparsis autem hostibus via nobis domum redeuntibus (κατερχομένοισι) in posterum iam expedita erit.

Priorem interpretationis Merkelianae partem plane refutat vs. 507 sqq:

Κόλχοι δ' ὀππότε' ὄλεθρον ἐπεφράσθησαν ἀνακτος
 ἦτοι μὲν δίξεσθαι ἐπέχραον ἔνδοθι πάσης
 Ἄργῳ καὶ Μινύας Κρονίης ἄλως.

In parte autem postrema, quam vix extrico, verbum *κατερχομένοισι* vertit „cum ad concionem congressi fuerint”: id vero ad Argonautas referendum esse neque ullo modo ad Colchos pertinere posse satis constat. Iure igitur Seatonius rursus scripturam traditam integram servavit.

Ceterum, si quem offendat pronomen *ἡδ' εἶη* (*ἡδὲ* Laurentianus exhibet), haud inepte suspicetur: *ἡδη ἔοι*. Longa syllaba eodem loco similiter corripitur vs. 656 infra *ἰδρῶ ἄλις*.

Unum miror, quod Mooneius, quem editorem tantum non semper cautum cognovimus, nostro loco Merkelium secutus est; credere non vult *κατέρχεσθαι* hic significare posse: „domum redire”, neque *μειτέπειτα* cum *ἡδη νῦν* accommodari posse. Scrupulorum eius causa me latet.

De Rhodano flumine sermo est, in quod Phaethon decidit:

IV 601. οὐδέ τις ὕδωρ κείνο διὰ πτερὰ κοῦφα τανύσσης
οἰωνὸς δύναται βαλέειν ὑπερ' ἀλλὰ μεσηγὺς
φλογμῶ ἐπιθρόσκει πεποιημένος.

Si quid video, scribendum est: *ἐπιθρόσκει*.

Cf. vs. 913 infra:

ἀλλὰ καὶ ὧς Τελέοντιος ἐὺς παῖς, οἶος ἑταίρων
προφθάμενος ξεστοῖο κατὰ ζυγοῦ ἐνθορε πότιψ
Βούτης, Σειρήνων λιγυρῆ ὄπι θυμὸν ἰανθεῖς.

Circe mirum somnium somniat:

IV 665. αἷματι οἱ θάλαμοι τε καὶ ἔρκα πάντα δόμοιο
μύρεσθαι δόκεον φλόξ δ' ἀθρόα φάρμακ' ἔδαπιεν,
οἷσι πάρος ξείνουθ' ἀνέρας, ὅστις ἔκοιτο
τὴν δ' αὐτὴ φονίψ σβέσεν αἷματι πορφύρουσαν,
χερσὶν ἀφυσσαμένη.

Exscripsi hunc locum propterea, quod Merkelium adnotasse

video πορφύρουσαν explicatione egere aut emendatione commoda. In editione minore etiam παμφανόωσαν dedit. Vocabulum autem nullam suspicionem movere recte iam Samuelsson monuit, qui ad Merkelium refutandum plures locos contulit. Equidem cum Merkelii adnotationem legerem, virum immemorem fuisse paene credidi eorum, quae ipse in Proleg. pg. CLXXXV scripsit: ibi fuse de variis verbi significationibus, quae grammatici tradiderunt, disseruit atque etiam e libro I vs. 935 attulit:

δινη πορφύροντα διήνυσαν Ἑλλησποντιον.

Notio scilicet aestuandi tam flammae quam maris propria est.

Iris

IV 773. εἰσαφίκανε Θέτιν καὶ ἐπέφραδε μῦθον
Ἡρης ἐννεσίης, ὥρσέν τέ μιν εἰς ἔνεσθαι.

Iure Merkelius observasse videtur ἐννεσίαις non dici pro „mandatu”, quod ἐννεσίαι III 1364, ἐφημοσύνη IV 881 significant, atque ideo ἐννεσίης edidit. Praestare puto: Ἡρης ἐννεσίαις. Cf. 845

Θέτις δ' ἀγόρευεν ἐφειμῆς

Ἡρης.

IV 924. ἄλλοθι δὲ Πλαγκτιὰ μέγασιν ὑπὸ κύματι πέτραι
ρόχθειον, ἦχι πάροιθεν ἀπέπινεν αἰθομένη φλόξ
ἄκρων ἐκ σκοπέλων, πυριθαλπέος ὑπόθι πέτρης,
καπνῶ δ' ἀγλύοις αἰθῆρ πέλεν, οὐδὲ κεν ἀγῆας
ἔδρακες ἠελιοιο.

Sublata virgula, quae nunc post σκοπέλων fere ponitur, emendare velim πυριθαλπέας ὑπόθι πέτρης, ut suum obiectum verbo ἀπέπινεν restituatur. Cf. vs. 963 infra.

Nereides navem periclitantem per manus tradunt.

IV 948. ὥστ' ἡμαθόεντος ἐπισχεδὸν αἰγιαλοῖο

παρθενικαί, δίχα κόλπον ἐπ' ἰξύας εἰλιξασαί,

σφαίρη ἀθύρουσιν περιηγέει ἢ μὲν ἔπειτα

ἄλλη ὑπ' ἐξ ἄλλης δέχεται καὶ ἐς ἡέρα πέμπει

ὑψι μεταχρονίην ἢ δ' οὔποτε πιλναιαὶ οὔδει.

Lectio codicum Laur. Guelf. Vatt. ἢ μὲν ἔπειτα, quam Graecam esse Schneiderus negavit, a Merkelio retenta est; Seatonius et Mooneius lectionem editionis Florentinae *αι* receperunt. Ego quidem nullus dubitabam, quin corrigendum esset: *τὴν μὲν ἔπειτα* (*σφαῖραν* scilicet), cum in apparatu critico libelli Oxoniensis id ipsum ut „vulgatum” commemoratum vidi! Apud Merkelium tamen eius nulla facta est mentio.

Arete consilium Alcinoi per praeconem cum Iasone communicat:

IV 1117. τὸ γὰρ αὐτὸς ἰὼν Κόλχοισι δικάσσει,

παρθενικὴν μὲν εἰούσαν εἰὼ ποτὶ δώματα πατρὸς

ἐκδώσειν, λέκτρον δὲ σὺν ἀνέρι πορσαίνουσαν

οὐκέτι κουριδίης μιν ἀποτιμήξειν φιλότητος.

Iure Schneiderus suspectam habuit scripturam *ἰὼν*, sed non verum est quod temptavit *ἰδῶν*.

Pro *αὐτοσιων* reponendum est *αὐτόδιον*. Nempe permagni Iasonis interest scire, quando rex rem diiudicaturus sit: cum autem festinatione opus esset, vs. 1130:

αὐτιονυχὶ κούρη θαλαμήιον ἔντινον εὐνήην.

Cf. Od. VIII 449:

αὐτόδιον δ' ἄρα μιν ταμὴν λούσασθαι ἀνώγει.

Ex Argonautis quinque viri eunt quaesitum Herculem eiusque amicum ac comitem Polyphemum, de quo et alia poeta narrat et haec:

IV 1472. ἀλλ' ὁ μὲν οὖν Μυσοῖσιν ἐπικλεῖς ἄσιν πολίσσας
νόσιον κηδοσύνησιν ἔβη διζήμενος Ἄργῶ
τῆλε δι' ἠπείροιο.

Suspicio me tenet poetam scripsisse :

ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Μυσοῖσιν κιλ.,

collatis etiam verbis scholiastae quae sunt: Πολύφημος ἐν
Μυσία καταλειφθεὶς ἔκτισε πόλιν Κλον κιλ.

Mopsus, cum spina draconis ab Hercule interfecti pedem
vulnerasset, primum dolorem non persensit, mox autem occubuit :

IV 1522. ὁ δὲ φοίνιον ἔλκος ἄφασσεν

θαρσαλέως, ἐνεκ' οὐ μιν ὑπέρβιον ἔλκος ἔτειρεν.

Pro altero ἔλκος Brunckius coniecit ἄλγος, quod plerique
editores receperunt. Mihi praestare videtur ἐκίος, et quod
traditae lectioni propius accedit et quoniam sequitur :

σχέτιλιος ἦ τέ οἱ ἤδη ὑπὸ χροῖ δύετο κῶμα

λυσιμελές,

et vs. 1530 :

πύθεσκε γὰρ ἐνδοθι σάρκας

ἰὸς ἄφαρ.

Mirum errorem in scholiis deprehendes, ubi ad

IV 1588 αὐτὰρ ὁ τείως

Τρίτων ἀνθέμενος τρίποδα μέγαν, εἴσατο λιμνην

εἰσβαίνειν

verbum εἴσατο redditum est per ὄρησεν.

Nimirum εἴσατο hic non verbi ἴεσθαι, sed verbi εἶδεσθαι
aoristus est, quod apud nostrum sescenties invenitur, cf. I 718,
1024; II 579, 582; III 399, 502; IV 1478, 1733, e.a.

IV 1696. νύκτι' ὀλοήν οὐκ ἄστρα διίσχανεν, οὐκ ἀμαρυγαί
μήνης· οὐρανόθεν δὲ μέλαν χάος, ἢ τις ἄλλη
ὠρώρει σκοτίη μυχάτων ἀνιοῦσα βερέθρων.

Pro ἄλλῃ, quod Seatonius Mooneiusque tuentur, Merkel de
suo edidit οὐλη. Maluerim ἀχλὺς cl. II 1103 :

κελαινή δ' οὐρανὸν ἀχλὺς
ἄμπεχεν, οὐ δὲ πῃ ἄστρα διαυγέα φαίνει' ιδέσθαι
ἐκ νεφέων, σκοτοίεις δὲ περι ζόφος ἠρήρηιστο.

et IV 1361 :

ἀλλά τις ἀχλὺς
ἢ νεφος μεσσηγὸ φαινομένης ἐκάλυπεν.

IV 1714. τοὶ δ' ἀγλαὸν Ἀπόλλωνι
ἄλσει ἐνὶ σκιερῷ τέμενος σκιδενιά τε βωμὸν
ποίηον.

Pro σκιδενιά nescio cuius coniectura apud Wellauerum
commemoratur θυόενιά. Vide an non potius pro σκιερῷ Apol-
lonius scripsisse putandus sit σκείρω (gypsus). Similiter ma-
teries indicatur II 386 :

νηὸν Ἄρηος

λαΐνεον ποίησαν

et 695 :

καὶ τοὶ μὲν ἄφαρ βωμὸν τετύκοντο
χέρμασιν.

THESES.

I.

Lucian. Anach. 12: οὐ γὰρ οὕτω λέγων ἂν τις προσβιβάσειέ
σε τῇ ἡδονῇ τῶν ἐκεῖ ὄρωμένων.

Emendandum est: τῶν ἐκεῖ ὄρωμένων.

II.

Iniuria Ebeling (Lexicon Homericum, ad voc. μέγαρον)
vocabuli μέγαρον varias fuisse significationes affirmat. Semper
et ubique τὸ μέγαρον apud Homerum princeps domus diaeta
est, in qua tota familia interdium vivit, cenat, opera sua peragit
atque in cuius parte interiore coniuges etiam dormiunt.

III.

Perperam J. U. Powell (Class. Quart. XV No. 3—4)
vocabulum νεποδες (Hom. Od. δ 404) explicavit per „first
cousins of the sea.”

IV.

Eo quod non intellexit Apoll. Rhod. I 1161 sq. P. Langen (ad Val. Flacc. Arg. III 474) errorem puerilem poetae imputavit.

V.

Val. Flacc. VIII 160 sqq.:

Hoc erat, infelix, redeunt nam singula menti,
 Ex quo Thessalici subierunt Colchida reges,
 Quo nullae te, nata, dapes, non ulla iuvabant
Tempora.

Reponendum est cum L. Muellero: *Tempea.*

VI.

Horat. Epod. IV 16 legendum est cum editione Veneta anni 1478: *Othone contento.*

VII.

Rutilius Namatianus I 493 sq.:

Victorinus enim, nostrae *pars* maxima *mentis*,
 Congressu explevit mutua vota suo.

Baehrens iniuria pro *pars* de suo *laus* et pro *mentis* cum Burmanno *gentis* coniecit.

VIII.

Petron. Sat. 111 legendum puto:
donec ancilla vini *acerbo* odore corrupta e.q.s.

IX.

De *γάμος* met twee vrouwen gelijktijdig was volgens het Atheensche recht onmogelijk.

Ten onrechte ontkent Beauchet (*Histoire du droit privé de la République athénienne* I pg. 82—107) het bestaan te Athene van een door de wet erkend concubinaat naast het huwelijk.

XI.

Πλάνοι zijn niet „Fahrende Leute”, zooals Blümner (*Sitz. Ber. Bayr. Akad.* 1918. 6^e Abh.) beweert, maar veeleer „bedriegers” of „landloopers”. Ook de vertaling „verleider” in Matth. 27, 63 is onjuist.

XII.

De totnogtoe met Lycea opgedane ervaringen wettigen in het geheel niet de belangrijke plaats door het aanhangige ontwerp-M. O. wet aan het Lyceum toegedacht.

XIII.

Tenzij als bezuinigingsmaatregel verdient de oprichting van Lycea geen aanbeveling, voordat met een geheel veranderd leerplan proeven zijn genomen.

XIV.

Het voorstel tot oprichting van Grieksch-looze Lyceumafdeelingen met Latijn behoort ten sterkste afgekeurd te worden.

XV.

Onjuist is het de verbetering van het middelbaar onderwijs te willen zoeken in uitbreiding van het aantal leervakken.

